abraham. & semini eius in secula. Mansit autem maria cum
illa quasi mensibus tribus. & reuersa est in domum suam.
Elisabeth autem impleuit est tempus pariendi. & peperit
filium. Et audierunt uicini. & cognati eius. quia magnifi
cauit dns misam suam cum illa. & congratulabantur ei.
Et factum est in die octauo. uenerunt circumcidere pue
rum. & uocabant eum nomine patris sui zacharia.
Et respondens mater eius dixit. Nequaquam. sed uocabitur
iohannes. Et dixerunt ad illam. Quia nemo est in cognna
tione tua quoceatur hoc nomine. Innuebant autem pa
tri eius quem uellet uocari eum. Et postulans pugil
larem scripsit dicens. Iohannes est nomen eius. Et mirati

sunt uniuersi. Aperti sunt illico os eius & lingua eius
& loquebatur benedicens dm. Et factus est timor
super omnes uicinos eorum. & super omnia montana iudee
diuulgabantur omnia uerba hec. Et posuerunt omnes qui au
dierant in corde suo dicentes. Quid putas puer
iste erit. & enim manus dni erat cum illo. Et zacha
rias pater eius impletus est spu sco. & pphetauit dicens.
Benedictus dns ds israel quia uisitauit & fecit re
demptionem plebis sue. Et erexit cornu salutis nobis
in domo dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum
qui a seculo sanctorum pphetarum eius. Salutem ex inimicis nris
& de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam miam
cum patribus nris & memorari testamenti sui sci. Iusiu
randum quod iurauit ad abraham patrem nrm daturum
se nobis. Ut sine timore de manu inimicorum nrorum
liberati seruiamus illi. In sanctitate & iustitia coram
ipso omnibus diebus nris. Et tu puer pphetha altis
simi uocaberis praibis enim ante faciem dni parare
uias eius. Ad dandam scientiam salutis plebi eius in re
missionem peccatorum eorum. Per uiscera misericordie dei nri

in quibus visitauit nos oriens ex alto. Inluminare
his qui in tenebris & in umbra mortis sedent addi
rigendos pedes nros in uiam pacis. Puer aut crescebat
& cōfortabat spū. & erat in desertis usq: in die
ostensionis sue ad israel. Factū e aut in dieb illis.
exit edictū a cesare augusto ut describeret uniuersus orbis.
Hacc descriptio prima facta e a psi
-ne syrie cyrino. Eribant omes ut profiterent singuli
in suam ciuitatem. Ascendit aut & ioseph a galilea de
ciuitate nazareth in iudeam ciuitatem dauid que uo
catur bethleem. eo qd esset de domo & familia dauid
ut profiteret cū maria desponsata sibi uxore preg
nante. Factū e aut cū essent ibi. impleti s dies ut pa
reret. & peperit filium suū primogenitū. Et pannis
eū inuolut. & reclinauit in presepio. quia n erat ei
locus in diuersorio. Et pastores eni erant in regio
ne eadē uigilantes. & custodientes uigilias noctis
sup gregē suū. Et ecce angls dni steit iuxta illos
& claritas di circūfulsit illos. & timuerūt timore mag
no. Et dixit illis angls. Nolite timere. Ecce enim

euangelizo uobis gaudiũ magnũ· qd̃ erit omi popu
lo· Quia natus ẽ uob̃ hodie saluator· qui ẽ xp̃s dn̄s
in ciuitate dauid· Et hoc uob̃ signũ· Inuenietis in
fante pannis inuolutũ· & positũ in p̃sepio· Et subito
facta ẽ cũ angelo multitudo militie celestis· Lau
dantiũ dm̄ & dicentiũ· Gloria in altissimis dõ· & in
terra pax hominib̃ bone uoluntatis· Et factũ ẽ
ut discesserũt ab eis angeli in celũ· Pastores loque
bantur ad inuicẽ· Transeamus usq; bethleẽ· & uideamus
hoc ũbũ qd̃ factũ ẽ qd̃ dn̄s ostendit nob̃· Et uenerũt
festinantes· & inuenerũt mariã & ioseph· & infantẽ
positũ in p̃sepio· Uidentes aũ cognouerũt de uerbo
qd̃ dictũ erat illis de puero hoc· Et omes q̃ audie
runt mirati s· & de his que dicta erant a pastoribus
ad ipsos· Maria aũ ẽ seruabat oia ũba hec ẽ fe
rens in corde suo· Et reuersi s pastores glorifican
tes & laudantes dm̄· In omnib̃ que audierant & ui
derant sicut dictũ ẽ ad illos· Et postquã ẽ sũmpti s
dies octo ut circũcideret puer· uocatũ ẽ nom eius
ihe· Quod uocatũ ẽ ab angelo· priusquã in utero

ē experetur. Et postquā impleti s dies purgationis
ei secundū legē moysi tulerūt illū in hierusalē ut sis
terent cū dno sicē scriptū ē in lege dni. Quia omne
masculinū ex aperiens uulua sēm dno uocabit. Et
ut darent hostiā secundū qd dictū ē in lege dni par
turturū aut duos pullos colūbarū.

ET ECCE HOMO ERAT
in hierusalē cui nom symeon. Et homo iste iustus
& timoratus. expectans ēsolationē isrl & sps sēs erat
in eo. Et responsū acceperat a spū sēo. nō uisurū se mor
tē nisi prius uideret xpm dni. Et uenit in spū in
tēplū. Et cū inducerent puerū ihm parentes eius.
ut facerent secdm ēsuetudinē legis p eo. Et ipse acce
pit eū in ulnas suas. & benedixit dm & dixit. Nunc di
mittis seruū tuū dne secdm ūbū tuū in pace. Quia
uiderūt oculi mei salutare tuū. qd parasti ante fa
ciē omniū populoꝝ. Lumē ad reuelationē gentiū
& gloriam plebis tue isrl. Erat pater eius & mater mi
rantes sup his que dicebantur de illo. Et benedixit
illis symeon & dixit ad mariā matrē eius. Ecce positus ē

hic in ruinā · & resurrectionē multoꝝ in isr̄l · & in
signū cui ēra dicetur: Et tuā ipsius animā pertran
ibit gladius · ut revelentur ex multis cordib̄ cogita
tiones · Erat anna ꝓphetissa filia phanuel de tri
bu aser: hęc ꝓcesserat in dieb̄ multis · & uixerat
cū uiro suo annis septē a uirginitate sua · Et hęc
uidua usq: ad annos octoginta iiii · quę n̄ discedebat
de templo ieiunis & obsecrationib̄ seruiens nocte ac
die · Et hęc ipsa hora sup ueniens cōfitebat dno &
loquebat de illo omib̄ qui expectabant redēptio
nē hierusalē · Et ut pfecerūt oma secdm legē dni
reuersi sūt in galileā in ciuitatē suā nazareth · Puer aū
crescebat & cōfortabat plenus sapientia · & grā di
erat cū illo · Erant parentes eius ꝑ omis annos in
hierusalē in die sollemni paschę · Et cū factus eet
ihc annoꝝ xii · ascendentib̄ illis in hierosolimā · secdm
cōsuetudinē diei festi · Consūmatisq: dieb̄ cū redirent
remansit puer ihc in hierusalē · & n̄ cognouerūt paren
tes eius Existimantes aū illū ēe in comitatu · uenerūt
diei · & requirentes eū inter cognatos & notos · Et n̄

inuenientes. regressi sunt in hierusalem requirentes eum.
Et factum est post triduum inuenerunt illum in templo seden
tem in medio doctorum audientem illos. & interrogantem eos.
stupebant autem omnes qui eum audiebant. super prudentia
& responsis eius. & uidentes. admirati sunt.
Et dixit mater eius ad illum. Fili. quid fecisti nobis sic. Ecce pater
tuus & ego. dolentes querebamus te. Et ait ad illos.
Quid est quod me querebatis. nesciebatis. quia in his que
patris mei oportet me esse. Et ipsi non intellexerunt uerbum
quod locutus est ad illos. Et descendit cum eis. & uenit na
zareth. & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia
uerba hec. in corde suo. Et ihesus proficiebat sapientia & ætate
& gratia apud deum & homines.

ANNO AUTEM QVINTO

decimo imperii tiberii cesaris. procurante pontio pilato
iudee. tetrarcha autem galilee herode. philippo autem fratre
eius tetrarcha ituree & trachonitidis regionis. & lisania
abilinę tetrarcha. sub principibus sacerdotum anna & cai
pha. Factum est uerbum dni super iohannem zacharię filium in deserto.
Et uenit in omnem regionem iordanis predicans baptismum

poenitentiae in remissionem peccatorum. Sicut scriptum est in libro sermonum esaiae prophetae. Vox clamantis in deserto. parate viam domini rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur. & omnis mons & collis humiliabitur. & erunt prava in directa. & aspera in vias planas. Et videbit omnis caro salutare dei.

Dicebat ergo ad turbas. quae exibant ut baptizarentur ab ipso. Genimina viperarum. quis ostendit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos poenitentiae. Et ne coepertis dicere. patrem habemus abraham. Dico enim vobis. quia potest deus de lapidibus istis suscitare filios abrahae. Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum. excidetur & in ignem mittetur.

Et interrogabant eum turbae dicentes. Quid ergo faciemus? Respondens autem dicebat illis. Qui habet duas tunicas. det non habenti. Et qui habet escas. similiter faciat. Venerunt autem & publicani ut baptizarentur. & dixerunt ad illum. Magister quid faciemus? At ille dixit ad illos. Nihil amplius quam quod constitutum est vobis faciatis. Interrogabant

rogabant autem eum milites dicentes: Quid faciemus et
nos? Et ait illis: Neminem concutiatis neque calumniam facia
tis et contenti estote stipendiis vestris. Existimante autem po
pulo et cogitantibus in cordibus suis omnibus de iohanne
ne forte ipse sit xpc. Respondit iohannes dicens omnibus.
Ego quidem aqua baptizo vos venient autem fortior me
cuius non sum dignus solvere corrigiam calciamentorum eius.
Ipse vos baptizabit in spiritu sancto et igni.
Cuius ventilabrum in manu eius et purgabit aream suam et
congregabit triticum in horreum suum. Paleas autem comburet
igni inextinguibili. Multa quidem et alia exhortans
evangelizabat populo.
Herodes autem tetrarcha cum corriperetur ab illo de herodia
de uxore fratris sui et de omnibus malis que fecit herodes
Addidit et hoc super omnia et inclusit iohannem in carcere.
Factum est autem cum baptizaretur omnis populus et ihu bapti
zato et orante apertum esse celum. Et descendit spiritus sanctus cor
porali specie sicut columba in ipsum. Et vox de celo facta
est. Tues filius meus dilectus in te complacuit mihi.
Et ipse ihc erat incipiens quasi annorum triginta ut

·XVI·

primabat filius ioseph.
Qui fuit heli.
Qui fuit matthat.
Qui fuit leui
Qui fuit melchi.
Qui fuit iannę
Qui fuit ioseph.
Qui fuit mathathię
Qui fuit naum.
Qui fuit hesli.
Qui fuit naggę
Qui fuit mach.
Qui fuit mathathię
Qui fuit semei.
Qui fuit ioseph.
Qui fuit iuda.
Qui fuit iohanna.
Qui fuit amos.
Qui fuit resa
Qui fuit zorobabel

Qui fuit salathiel
Qui fuit neri.
Qui fuit melchi.
Qui fuit iodi
Qui fuit coran.
Qui fuit helmodan.
Qui fuit her.
Qui fuit hiesu
Qui fuit heriether.
Qui fuit iorim.
Qui fuit mathad.
Qui fuit leui
Qui fuit symeon.
Qui fuit iuda.
Qui fuit ioseph
Qui fuit iona.
Qui fuit eliachim.
Qui fuit melea.
Qui fuit menna.
Qui fuit mathata.

Qui fuit nathan — Qui fuit ragau
Qui fuit dauid. — Qui fuit falech.
Qui fuit iesse. — Qui fuit eber:
Qui fuit obeth — Qui fuit sale.
Qui fuit booz. — Qui fuit cainan
Qui fuit salmon — Qui fuit arfaxat
Qui fuit naason — Qui fuit sem
Qui fuit aminadab — Qui fuit noe
Qui fuit aram. — Qui fuit lameth
Qui fuit esrom. — Qui fuit matusale.
Qui fuit phares — Qui fuit enoch
Qui fuit iude — Qui fuit iareth.
Qui fuit iacob. — Qui fuit maleleel.
Qui fuit isaac. — Qui fuit cainan.
Qui fuit abrahe — Qui fuit enos
Qui fuit thare — Qui fuit seth.
Qui fuit nachor — Qui fuit adam
Qui fuit seruch. — Qui fuit dī.

IHC AUTĒ pLENUS SPŪ

scō regressus ē a iordane. & agebatur in spū inde

serto diebꝫ quadraginta & tentabat a diabolo.

Et nihil manducauit in diebꝫ illis. & cōsumatis illis esu
rijt. Dixit autem illi diabolus. Si filius dei es. dic ut lapi
di hujus panis fiat. Et respondit ad illum ihc. Scrip
tum est quia non in pane solo uiuit homo. s. in omni uerbo
dei. Et duxit illum diabolus. & ostendit illi omnia reg
na orbis terrę in momento temporis & ait illi. Tibi dabo
potestatem hanc uniuersam & gloriam illorum. quia mihi tradi
ta sunt. & cui uolo do illa. Tu ergo si adoraueris coram me.
erit tua omnia. Et respondens ihc dixit illi. Scriptum est
Dominum deum tuum adorabis. & illi soli seruies. Et duxit
illum in hierusalem. & statuit eum super pinnam templi. &
dixit illi. Si filius dei es. mitte hinc deorsum. Scriptum
est enim quia angelis suis mandauit de te. ut te seruent te
& quia in manibus tollent te ne forte offendas ad la
pidem pedem tuum. Et respondens ihc ait illi. Dictum est
non tentabis dominum deum tuum. Et cōsumata omni tentatio
ne diabolus recessit ab illo usq: ad tempus.

Et regressus est ihc in uirtute spiritus in galileam & fama exiit
per uniuersam regionem de illo. Et ipse docebat in synago

gis eos & magnificabat ab omnibus.

Et uenit nazareth ubi erat nutritus & intrauit se
cundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam &
surrexit legere. Et traditus est illi liber isaie prophete.
Et ut reuolutit librum inuenit locum ubi scriptum
erat. Spiritus domini super me propter quod unxit me euangelizare
pauperibus misit me. Sanare contritos corde. p
dicare captiuis remissionem & cecis uisum. Dimitte
re confractos in remissionem. p dicare annum domini ac
ceptum & diem retributionis. Et cum plicuisset librum
reddit ministro & sedit. Et omnium in synagoga
oculi erant intendentes in eum. Coepit autem dicere
ad illos. Quia hodie impleta est hec scriptura in au
ribus uestris.

Et omnes testimonium illi dabant & mirabantur in uobis
gratie que procedebant de ore ipsius. Et dicebant.
Nonne hic est filius ioseph.

Et ait illis. Utique dicetis mihi hanc similitudinem.
medice cura te ipsum. Quanta audiuimus facta
in capharnaum fac & hic in patria tua.

Et ait. Amen dico uobis. quia nemo pphetа acceptus
est in patria sua.
In ueritate dico uobis. Multe uidue erant in diebus
helie in israel. quando clausum est celum annis tribus & mensibus
sex. Cum facta esset fames magna in omni terra. & ad
nullam illarum missus est helias nisi in sarepta sydo
nie ad mulierem uiduam. Et multi lepsi erant in israel
sub heliseo pphetа. & nemo eorum mundatus est nisi
naaman syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga ira
hec audientes. Et surrexerunt & eiecerunt illum extra ci
uitatem. Et duxerunt illum usque ad supercilium montis super
quem ciuitas illorum erat edificata ut precipitarent eum.
Ipse autem transiens per medium illorum ibat.
Et descendit in capharnaum ciuitatem galilee
ibique docebat eos sabbatis.
Et stupebant in doctrina eius quia in potestate
erat sermo ipsius.
Et in synagoga erat homo habens dyemonium immundum
& exclamauit uoce magna dicens. Sine quid nobis &
tibi iesu nazarene. uenisti perdere nos. scio te quis

sis dī. Et increpauit illū ihc dicens: Obmutesce & exi
abillo. Et cū proiecisset illū doemonium in medium exiit
abillo nihilq: illū nocuit. Et factus ē pauor in omib̄
& cloquebant ad inuicē dicentes. Qd ē hoc ūbū. quia
in potestate & uirtute imperat immundis spiritib̄
ut exeunt. Et diuulgabat fama deillo in omne locū
regionis.

Surgens autē de synagoga introiuit in domū symonis.
Socrus autē symonis tenebat magnis febrib̄. & rogauerūt
illū pea. Et stans sup illā imperauit febri & dimi
sit illā. Et continuo surgens ministrabat illis. Cū sol
autē occidisset. omes q̄ habebant infirmos. uarus lan
guoribus ducebant illos ad eū. At ille singulis manus
imponens & curabat eos.

Exibant autē doemonia a multis clamantia & dicentia
quia tues filius dī. Et increpans nō sinebat ea loqui
quia sciebant ipsū ēe xpm.

Facta autē die. egressus ibat in desertū locū. Et turbe
requirebant eū & uenerūt usq: ad ipsū. Et detinebant
illū ne discederet abeis. Quib̄ ille ait. Quia & alis

ciuitatib' oportet me euangelizare regnu dī.
Quia ideo missus sū. Et erat p̄dicans in synagogis
galileę.

Factū ē autē cū turbę irruerent in eū ut audirent ūbū
dī & ipse stabat secus stagnū genesareth. Et uidit
duas naues stantes secus stagnū. Piscatores autē descen
derant & lauabant retia. Ascendens autē unam nauē
quę erat simonis. rogauit eū a terra reducere pu
sillū. Et sedens docebat de nauicula turbas.

Vt cessauit autē loq̄ dixit ad simonē. Duc in altū. & laxate
retia ura in capturā. Et respondens simon dixit illi.
Preceptor p tota nocte laborantes nihil cepimus.
in uerbo autē tuo laxabo rete. Et cū hoc fecissent con
clusere multitudinē copiosa piscū. Rupebat autē rete
eor: & annuerē socis utrinq̄ ut uenirent & adiuuarent eos
Et uenerē & impleuerē ambas naueculas ita ut mer
gerentur.

Qd cū uideret simon petrus p̄cidit ad genua ihu di
cens. Exi a me quia homo peccator sū dnē. Stupor
enī circūdederat eū. & omes q̄ cū illo erant. in capti

ra piscium quam coeperant. Similiter autem iacobum & iohan
nem filios zebedei. qui erant socii symonis.

Et ait ad symonem ihc. Noli timere. ex hoc iam homines
eris capiens. Et subductis ad terram navib. relictis om
nibus secuti sunt eum.

Et factum est cum esset in una civitatum. & ecce vir plenus
lepra. & videns ihm. & procidens in faciem rogavit eum
dicens. Domine si vis potes me mundare. Et extendens
manum tetigit eum dicens Volo. mundare. Et continuo
lepra discessit a illo. Et ipse precepit illi ne cui
diceret. Sed vade ostende te sacerdoti. & offer
pro mundatione tua sicut precepit moyses in testimonium
illis.

Perambulabat autem magis sermo de illo. & conveniebant
turbe multe ut audirent & curarentur ab infirmi
tatibus suis.

Ipse autem secedebat in desertum & orabat.

ET FACTUM EST IN UNA
dierum. & ipse sedebat docens. Erant pharisei se
dentes & legis doctores qui venerant ex omni castel

lo iudee & hierusalē. & virtus dni erat ad sanandū eos.
Et ecce viri portantes in lecto hominē qui erat para
liticus. Et querebant eū inferre & ponere ante eū
& ñ inuenientes qua parte illū ponerent pr̄ turba
Ascendēs supra tectū. & per tegulas sub miser illū
cū lecto. in medium ante ihm. Quo fidē ut vidit
dixit. Homo remittunt tibi peccata tua. Et cepe
runt cogitare intra se scribe & pharisei dicentes.
Quis ē hic q̄ loq̄t blasphemias. Quis potest dimit
tere peccata nisi solus ds. Ut cognouit autem ihc cogi
tationes eorum dixit. Quid cogitatis in cordib' vr̄is.
Quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata
an dicere surge & ambula. Vt sciatis autem quō filius
hominis habet potestatē in terra. dimittere pec
cata. ait paralitico. Tibi dico surge. Tolle lectū
tuū & vade in domū tuū. Et ēfestim surgens coram
illis. & tulit in quo iacebat. & abiit in domū suā
magnificans dm. Et stupor apphendit omes. & mag
nificabant dm. Et repleti sunt timore dicentes. quia
vidimus mirabilia hodie.

Et post hec exiit & vidit publicanum nomine leui sedentem ad theloneum & ait illi. Sequere me. Et relictis omnibus surgens secutus est eum.

Et fecit ei cenam magnam leui in domo sua. Et erat turba multa publicanorum & aliorum qui cum illis erant discumbentes. Et murmurabant pharisei & scribe eorum dicentes ad discipulos eius. Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis.

Et respondens ihc dixit ad illos. Non egent qui sani sunt medico sed qui male habent. Non ueni uocare iustos sed peccatores in penitentiam. At illi dixerunt ad eum. Quare discipuli iohannis ieunant frequenter & obsecrationes faciunt. similiter & pharisei. tui autem edunt & bibunt. Cui ipse ait. Numquid potestis filios sponsi dum cum illis est sponsus facere ieunare. Uenient autem dies. & cum ablatus fuerit ab illis sponsus tunc ieunabunt in illis diebus. Dicebat autem & similitudinem ad illos. Quia nemo commissuram uestimento nouo in mittit in uestimentum uetus. Alioquin & nouum rumpit. & ueteri non conuenit commissura a nouo. Et nemo mittit uinum no

uū uinarēs ueterēs. Alioquin rūpet uinū nouū uires
& ipsū effundet & uires peribunt. Sed uinū nouū in
uires nouas mittendū est & utraq; ēseruant. Et nemo
bibens uetus statim uult nouū. Dicit enim uetus melius est.
Factū est autē in secundo sabbato primo cū transisset p
sata. uellebant discipuli eius spicas & manducabant
et fricantes manib. Quidam autē pharisei dicebant il
lis. Quid facitis qd nō licet in sabbatis. Et respondens
ihc ad eos dixit. Non hoc legistis qd fecit dauid cū esu
risset ipse & qui cū eo erant. Quomodo intrauit in
domū dei & panes propositionis sumpsit & manducauit
& dedit his qui cū ipso erant quos nō licet manduca
re nisi solis sacerdotib. Et dicebat illis. Quia dns
est filius hominis die sabbati.
Factū est autē & in alio sabbato ut intraret in synagogā
& doceret. Et erat ibi homo & manus eius dextera erat
arida. Obseruabant autē scribe & pharisei si in sabba
to curaret. ut inuenirent unde accusarent illum.
Ipse u sciebat cogitationes eorū & ait homini qui habe
bat manū aridā. Surge & sta in medio. Et surgens

stetit. Ait autem ad illos. Si licet sabbatis uos interrogo bene
facere an male. animam saluam facere an perdere. Et circu
cum spectans omnes. dixit homini. Extende manum tuam & ex
tendit. Et restituta est manus eius. Ipsi autem repleti sunt insipi
entia & colloquebantur ad invicem quidnam facerent iesu.

Factum est autem in illis diebus. Exiit in montem orare & erat
pernoctans in oratione dei.

Et cum dies factus esset vocavit discipulos suos. Et elegit
xii. ex ipsis quos & apostolos nominavit. Simonem quem cog
nominavit petrum & andream fratrem eius. iacobum & iohannem
philippum & bartholomeum. matheum & thomam iacobum
alphei & simonem qui vocatur zelotes. iudam iacobi & iudam
scariothis qui fuit proditor.

Et descendens cum illis stetit in loco campestri. & turba
discipulorum eius & multitudo copiosa plebis ab omni iu
dea & hierusalem & maritima & tyri & sydonis. que
venerant ut audirent eum & sanarentur a languoribus
suis. Et qui vexabantur ab spiritibus immundis cura
bantur. Et omnis turba querebat eum tangere quia
virtus de illo exibat & sanabat omnes.

Erat ipse elevatis oculis in discipulos suos dicebat.
Beati pauperes quia vrm est regnum di
Beati qui nunc esuritis quia saturabimini
Beati qui nunc fletis quia ridebitis.
Beati estis cum vos oderint homines & cum separaverint
vos & exprobraverint. & ejecerint nomen vrm tanquam ma
lum ppter filium hominis. Gaudete & exultate in illa die.
ecce enim merces vra multa est in celo. Secundum hec enim
faciebant pphis patres eorum.
Verumtamen ve vobis divitib. qa habetis esolationem vram
Ve vobis qi saturati estis quia esuritis. Ve vobis qi riderit
nunc quia lugebitis & flebitis.
Vae cum bene dixerint vobis omnes homines. secdm hec fac
ebant pseudopphetis patres eorum.
Sed vobis dico. qui auditis. Diligite inimicos vros. bene
facite his qui vos oderunt. Benedicite maledicentib vos
& orate pcalumniantib vos.
Et quite percutit in maxilla pbe illi & alteram. & ab eo qi
aufert tibi vestimentum etiam tunicam noli phibere. Omni
ui petenti tribue. & qi aufert que tua sunt ne repetas.

Et prout vultis ut faciant vobis homines. & vos facite illis similiter.

Et si diligitis eos quos diligunt. quę est vobis gratia. Nam & peccatores diligentes se diligunt. Et si bene feceritis his quibus bene faciunt. quę vobis est gratia. siquidem & peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dederitis his a quibus speratis accipere. quę gratia est vobis. nam & peccatores peccatoribus feneratur. ut recipiant ęqualia. Verumtamen diligite inimicos vestros & bene facite: & mutuum date. nihil inde sperantes. Et erit merces vestra multa. & eritis filii altissimi. Quia benignus ipse est super ingratos & malos. Estote ergo misericordes. sicut & pater vester misericors est.

Nolite iudicare & non iudicabimini. Nolite condemnare & non condemnabimini. Dimittite & dimittemini. Date & dabitur vobis. Mensura bona & conferta & coagitata & super effluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem enim mensura qua mensi fueritis. remetietur vobis.

Dicebat autem illis & similitudinem. Numquid potest cecus cecum ducere. nonne ambo in foveam cadunt.

Nonē discipulus sup magistrū. Perfectus aut omis
erit. si sit sicē magister ei.

Quid autē uides festucā in oculo frīs tui. trabē autē que
in oculo tuo ē nō ēsideras. Aut quomodo poteris di
cere frī tuo. frē sinę eiciā festucā de oculo tuo ipse
in oculo tuo trabē nō uidens. Hypocrita. eice primū
trabē de oculo tuo. & tū pspicies ut eiciās festucā
de oculo frīs tui.

Nonē enī arbor bona que facē fructus malos. neq: ar
bor mala faciens fructū bonū. Una quęq: arbor
de fructu suo cognoscitur.

Neq: enī de spinis colligunt ficus. neq: de rubo uin
demiant uuam.

Bonus homo de bono thesauro cordis sui pfert bonū.
Et malus homo de malo thesauro pfert malū. Ex
abundantia enī cordis os loquitē

Quid autē uocatis me dnē dnē. & nō facitis que dico.

Omis. quī uenit ad me & audit sermones meos & facit
ostendā uob cui similis sit. Similis ē homini edi
ficanti domū q fodit in altū. & posuit fundamēta

supra petrā. Inundatione autē facta. inlisū ē flumē domui illi & nō potuit eā mouere. Fundata enī erat supra petrā. Qui autē audit & nō fac. similis ē homini aedificanti. domū suā supra terrā sine fundamento. in qua inlisus ē flumen. & ē continuo cecidit & facta ē ruina domus illius magna.

CVM AUTĒ IMPLESSET omnia uba sua in aures plebis intrauit capharnaū. Centurionis autē cuidā seruus male habens erat moriturus qui illi erat pciosus. O cū audisset de ihu. misit ad eū seniores iudeor. rogans eū ut ueniret & saluaret seruū ei. At illi cū uenissent ad ihm. rogabant eū sollicite dicentes ei. Quia dignus ē ut hoc illi prestes. Diligit enī gentē nrām & synagogā ipse aedificauit nobis. Ihc autē ibat cū illis. Et cū iā nō longe esset a domo. misit ad eū centurio amicos dicens. Dnē noli uexari nō enī dignus sū. ut subtectū meū intres. Propter qd me ipsū nō sū dignus arbitratus ut uenirē ad te. sed dic uō & sanabit puer meus. Nā & ego homo sū sub potestate ēstituus. habens sub me mi

lites. & dico huic uade. & uadit. & alio uem & uenit. & ser
uo meo fac hoc & fac. Quo audito ihe mirat⁹ est & sequen
tib⁹ se dix. Amen dico uob. n̄ inuiste tanta fide inuen.

Et ecce qui missi fuerant domu inuenerunt seruu
qui languerat sanu.

Et factu est deinceps ibat in ciuitate que uocat⁹ nain & ibat
cu illo discipuli ei & turba copiosa. Cu autem appropinquaret por
te ciuitatis. ecce defunctus efferebat⁹ filius unicus matris suae.
Et hee uidua erat. & turba ciuitatis multa cu illa. Quam cu
uidisset dns misericordia motus est. super ea. Dixit illi. Noli flere. Et
accessit. & tetigit loculu. Hi autem qui portabant steterunt. Et ait.
Adulescens. tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus. &
coepit loqui. Et dedit illu matri suae. Accepit autem omnis
timor. & magnificabant dm dicentes. Quia propheta mag
nus surrexit in nob. & quia ds uisitauit plebem suam.

Et exiit hic sermo in uniuersam iudeam de eo. & omnem circa regionem.

Et nuntiauerunt iohanni discipuli eius de omnib⁹ his. Et ait uocauit
iohannes duos de discipulis suis. & misit ad ihm dicens. Tu es
qui ueniturus es an aliu expectamus. Cum autem uenissent ad eum
uiri dixerunt. Iohannes baptista misit nos ad te dicens. Tu es

q̃uemurus et alium expectamus. In ipsa autem hora curauit multos a languoribus & plagis & spiritibus malis & cecis multis donauit uisum. Et respondens dixit illis. Euntes nunciate iohanni quę uidistis & audistis. Quia cęci uident. claudi ambulant lepsi mundantur. Surdi audiunt. mortui resurgunt. pauperes euangelizantur. Et beatus est q̃ non fuerit scandalizatus in me. Et cum discessissent nuncii iohannis. coepit dicere ad turbas de iohanne. Quid existis in desertum uidere harundinem uento agitatam. s. qd existis uidere hominem mollibus uestitum. Ecce q̃ in ueste pciosa s. & delicius. in domibus regum s. Sed qd existis uidere ꝓpheta. Utiq: dico uobis. & plus quam ꝓpheta.

Hic est de quo scriptum est. Ecce mitto angelum meum q̃ ꝑparabit uiam tuam ante te. & faciem tuam.

Dico enim uobis. maior inter natos mulierum ꝓpheta iohanne nemo est. Qui autem minor est in regno dei maior est illo.

Et omnis populus audiens. & publicani iustificauerunt dm bap tizati baptismo iohannis. Pharisei autem & legis periti consilium dei spreuerunt in semetipsos n̄ baptizati abeo.

Cui ergo similes dicam homines generationis hui. & cui sunt les s. Similes s. pueris sedentibus in foro. & loquentibus ad

nuncē & dicentib̄. Cantauimus uob̄ tibus & n̄ saltastis.
Lamentauimus & n̄ plorastis. Venit enī iohannes n̄ manducans neq: bibens uinū & dicitis dōmonium habet. Venit enī filius hominis manducans & bibens & dicitis. Ecce homo uenator & bibens uinū. amicus publicanorū & peccatorū Et iustificata ē sapientia ab omnib̄ filius suus.

Rogauit aut illū q̄dā phariseus ut manducaret cū illo. Et ingressus domū pharisei discubuit. Et ecce mulier quę erat in ciuitate peccatrix. ut cognouit q̄d accubuit in domo pharisei attulit alabastrū unguenti. & stans retro secus pedes eī. & capillis capitis sui tergebat. & osculabat̄ pedes eī. & unguento unguebat. Uidens aut phariseus q̄ uocauerat eū. ait intra se dicēs. Hic si ēet ꝓpheta. sciret utq: quę & qualis mulier ēet quę tangit eū. quia peccatrix ē. Et respondens ihc dixit illū. Simon habeo tibi aliq̄d dicere. At ille ait. Magister dic. Duo debitores erant cuidā feneratori unus debebat ei denarios quingentos. & alius quinquaginta. Non habentib̄ illis unde redderent. donauit utrisq:. Quis ergo eū plus diligit. Respondens symon dixit. Aestimo. quia is cui plus donauit. At ille dixit ei

Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem. dixit symoni. Vi-
des hanc mulierem. intrauit in domum tuam. aquam pedib' meis
non dedisti. Hec autem lacrimis rigauit pedes meos. & capillis
suis tersit. Osculum mihi non dedisti. hec autem ex quo intrauit
non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti.
hec autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi.
Remittuntur ei peccata multa. quoniam dilexit multum. Cui autem
minus dimittitur. minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittun-
tur tibi peccata. Et ceperunt qui simul accumbebant dicere
intra se. Quis est hic qui etiam peccata dimittit. Dixit autem
ad mulierem. Fides tua te saluam fecit. uade in pace.
Factum est deinceps. & ipse iter faciebat per ciuitates & castella
predicans & euangelizans regnum dei & cum illo. & mulieres
aliquae. quae erant curatae a spiritib' malignis & infirmi-
tatib' Maria que uocatur magdalene. de qua daemonia
vii exierant & iohanna uxor chuze procuratoris herodis
& susanna & alie multe que ministrabant eis de facultati-
bus suis.

Cum autem turba plurima conueniret & de ciuitatib' properarent
ad eum dixit per similitudinem. Exiit qui seminat seminare semen

suū. Et dū seminat. aliud cecidit secus uiā & cōculcatū ē
& uolucres celi comederūt illud. Et aliud cecidit supā petrā
& natū aruit qa nō habebat humorē. Et aliud cecidit inter
spinas. & simul exortē spinē suffocauerūt illud. Et aliud
cecidit in terā bonā. & ortū fecit fructū centuplū. Hēc
dicēs clamabat. Qui habet aures audiendi audiat. Interro
gabant eū discipuli eī quē ēet hēc parabola. Quib ipse dixit.
Uob datū ē nosse misteriū regni dī. ceteris autē in para
bolis. ut uidentes nō uideant. & audientes nō intelligant.
Est autē hēc parabola. semen ē uerbū dī. Qui autē secus uiā
hi sūt qui audiunt. deinde uenit diabolus. & tollit ūbū de
corde eōrū. ne credentes salui fiant. Nā qui supā petrā
qui cū audierint cū gaudio suscipiunt ūbū. & hi radices
nō habent quia ad tēpus credunt. & in tēpore tēptationis
recedunt. Qd autē in spinis cecidit. his qui audierūt. & a solli
citudinib & diuitiis & uoluptatib uite euntes suffocan
tur. & non referunt fructū. Qd autē in bonā terrā. his qui
in corde bono & optimo audientes ūbū retinent. Et fruc
tū afferunt in patientia.
Nemo autē lucernā accendens. operit eā uase. aut subtus

lectū ponit. ſ: ſup̄ candelabrū ponit ut intrantes uideant lum̄.

Nonenī ē occultū qd ñ manifeſtet̄. nec abſconditū qd ñ ſcietur.
& in palā ueniet.

Videte ergo quomodo audatis. Qui enī habet dabit̄ illi. Et
q̄cūq; ñ habet. etiā qd putat ſe habere auferet̄ ab illo.

Venerūt aūt ad illū mat̄ & frēs ei. & ñ poterant adire eū p turba.

Et nuntiatū ē illi mat̄ tua & frēs tui ſtant foris uolentes te
uidere. Qui reſpondens. dixit ad eos. Mat̄ mea & frēs mei hi
ſ quaerunt uerbū dei & faciunt.

Factū ē aūt in una dierū & ipſe aſcendit in nauicula. & diſcipu
li ei. Et ait ad illos. Tranſfretemus trans ſtagnū. & aſcenderūt.
Navigantibus aūt illis obdormiuit. Et deſcendit procella uen
ti in ſtagnū. & ēplebant̄ & periclitabant̄. Accedentes aūt ſuſci
tauerūt eū dicentes. Praeceptor perimus. At ille ſurgens.
increpauit uentū & tempeſtati aquae. & ceſſauit. Et facta
ē tranquillitas. Dixit aūt illis. Ubi ē fides ura. Quiescentes
mirati ſ dicentes ad invicē. Quis putas hic ē quia & uen
tis imperat & mari & obediunt ei. Et navigauerūt aūt in
regionē gerasenorū quae ē contra galileam. Et cū egreſſus
ēt ad terram occurrit illi uir qdam qui habebat daemonia

tēporib' multis. & uestimēto ñ induebat̄ neq; in domo manebat
sed in monumentis. Et ut uidit ihm. procidit ante illū. Et ueheme
nti uoce magna dixit. Quid mihi & tibi ē ihu fili dī altissimi?
Obsecro te ne me torqueas. Precipiebat enī spiritui immun
do ut exiret ab homine. Multis enī tēporib' arripiebat illū.
Et uinciebat̄ catenis & cōpedib' custodiebat̄. & ruptis uinculis
agebat̄ a doemonio in deserto. Interrogauit aut illū dnūs. Qd
tibi nom ē? At ille dixit. Legio. quia intrauerant doemo
nia multa in eū. Et rogabant illū ne imperaret illis ne
in abyssū irent. Erat autē ibi grex porcorū multorū pascen
tū in monte. Et rogabant eū ut permitteret eis in illos in
gredi. Et permisit illis. Exierūt ergo doemonia ab homine
& intrauerūt in porcos. Et impetu abiit grex p̄ p̄ceps in stag
nū & suffocatus ē. Qd ut uiderent facti q̄ pascebant fugi
erunt & nuntiauerūt in ciuitatē & in uillas. Exierūt autē uide
re qd factū ē. & uenerūt ad ihm & inuenerūt hominē sedentē
a quo doemonia exierant nostrī sensati mente ad pedes
eī & timuerūt. Nuntiauerūt autē illis & q̄ uiderant q̄ modo sa
nus factus ēt a legione. Et rogauerūt illū omis multitu
do regionis gerasenorū ut discederet ab ipsis quia timore

magno tenebantur.

Ipse autem ascendens naue reuersus est. Et rogabat illum qui a dyemonib'
uexabat ut cum eo esset. Dimisit autem eum ihe dicens. Redi domum
tuam. & narra quanta tibi fecit dns. Et abiit pnuncians ciuitate
p̄ dicans quanta illi fecisset ihe.

FACTUM EST AUTEM CUM
redisset ihe excepit illum turba. Erant enim omnes expectan
tes eum. Et ecce uenit uir cui nomen iairus. & ipse princeps
synagoge erat. Et cecidit ad pedes ihu. rogans eum ut in
trare in domum ei. quia unica filia erat illi fere annorum
xii. & hec moriebat. Et dum iret turba eum premebant.
Et mulier quedam erat in fluxu sanguinis ab annis xii. que
in medicos erogauerat omnem substantiam suam nec ab ullo
potuit curari. Accessit retro & tetigit fimbriam uestimenti
eius. Et continuo stetit fluxus sanguinis eius. Et ait ihe. Quis
me tetigit. Negantib' autem omnib' dixit petrus & qui cum illo
erant. Praeceptor turbe te premunt & affligunt &
dicis quis me tetigit. Et dixit ihe. Tetigit me aliquis. Nam
ego noui uirtutem de me exisse. Uidens autem mulier quia
non latuit. tremens uenit & procidit ante pedes illius. Et prob

quā causā tetigerit eū in diebus coram omī populo. Et quōmodū ēfestī sanata sit. Ipse dixit illi. Filia fides tua te salua fecit. vade in pace. Adhuc eo loquente. venit ad principē synagoge quidā dicēs illi. Quia mortua ē filia tua. noli uexare illū. Ihesus autē audito hoc ūbo respondit patri puellę. Noli timere. Crede tantū. & salua erit. Et ceū uenisset domū nō permisit intrare secū quēquā nisi petrū & iohannē & iacobū. & patrē & matrē puellę. Flebant autē omēs & plangebant illā. At ille dixit. Nolite flere. nōn mortua est. dormit. Et deridebant eū. Scientes. quia mortua ēt. Ipse autē tenens manū eī clamauit dicēs. Puella surge. Et reuersus ē spūs eī. & surrexit continuo. Et iussit illi dari manducare. Et stupuerūt parentes eī. quibus pcepit ne alicui dicerent qd factū erat.

CONUOCATIS AUTĒ xii apōlis. dedit illis uirtutē & potestatē sup omia demonia. & ut languores curarent. & misit illos pdicare regnū dī. & sanare infirmos.

Et ait ad illos. Nihil tuleritis in uia. neq; uirgā neq; peram neq; panē neq; pecuniā. neq; duas tunicas habeatis. Et

in quā cūq; domū intrauerit ibi manete. & inde nexeatis.

Et quicūq; ñ receperit uos. exeuntes dcuiate illa. etiā

puluerē pedū uroꝝ exeuntes testimoniū supra illos.

Egressi aū ibant pcastella euangelibantes & curantes ubiq;

Audiuit aū herodes tetrarcha omia quefiebant ab eo & he

sitabat. eo qd dicerēt aq̃ dā quia iohannes surrexit amor

tuus. Aq̃ dā uero quia helias apparuit. Alius aū quia

pphera unus exantiquis surrexit. Ait herodes. Iohan

nē ego decollaui. quis aū ē iste. de quo ego talia audio.

Et querebat uidere eū.

Et reuersi apli narrauerūt illi quecūq; fecerūt

Et ad suptes illis secessit seorsū in locū desertū quiē bethsaide

Qd cū cognouissent turbe. secute s illū. Et excepit illos

& loquebatur illis de regno dī & eos qui cura indigebant sanabat.

Dies aū coperat declinare. & accedentes xii dixerūt illi. Di

mitte turbas ut euntes in castella uillasq; quecura s diuer

tant. & inueniant escas quia hic in loco deserto sumus. At

aū ait illos. Uos date illis manducare. At illi dixerūt. Non s

nō plusquā. v. panes & duo pisces. Nisi forte nos eamus &

emamus in omne hanc tbā escas. Erant aū fere uiri quasi

milia. Et ait ad discipulos suos. Facite illos discubere p cō
munia quinquagenos. & ita fecerūt. Et discubuerūt omes. Accep
tis autem v. panibus & duobus piscibus respexit in celum & benedixit illis.
Et fregit. & distribuit discipulis suis ut ponerent ante turbas. Et manducauerūt omes & saturati sūt. Et sublatum est quod superfuit
illis fragmentorum. cophinos duodecim.

Et factum est cum esset solus orans. erant cum illo & discipuli. Et interroga
uit illos dicens. Quem me dicunt esse turbe. At illi respondentes
& dixerūt. iohannem baptistam. alii autem heliam. alii quia pphete unus
de prioribus surrexit. Dixit autem illis. Vos autem quem me esse dicitis.
Respondens symon petrus dixit. Xpm dei.

At ille increpans illos. ne cui dicerent hoc. Dicens quia oportet
filium hominis multa pati. & reprobari a senioribus & principibus
sacerdotum. & scribis. & occidi. & tertia die resurgere.

Dicebat autem ad omes. Si quis uult post me uenire. abneget se
metipsum & tollat crucem suam cotidie & sequatur me. Qui enim
uoluerit animam suam saluam facere. perdet illam. Nam qui perdide
rit animam suam ppter me saluam faciet illam. Quid enim prficit ho
mini si lucretur uniuersum mundum. se autem ipsum perdat. & detrimen
tum sui faciat.

Nam qui me erubuerit & meos sermones hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua & patris & sanctorum angelorum.

Dico autem vobis. verum sunt aliqui hic stantes qui non gustabunt mortem donec videant regnum dei.

FACTUM EST AUTEM

post hec verba fere dies octo. Et assumpsit petrum & iacobum & iohannem. & ascendit in montem ut oraret. Et factum est dum oraret species vultus eius altera & vestitus eius albus refulgens. Et ecce duo viri loquebantur cum illo. Erant autem moyses & helias visi in maiestate. Et dicebant excessum eius quem completurus erat in hierusalem. Petrus autem & qui cum illo erant gravati sono. Et evigilantes. viderunt maiestatem eius. & duos viros qui stabant cum illo. Et factum est cum discederent ab illo ait petrus ad ihesum. Preceptor: bonum est nos hic esse. & faciamus tria tabernacula. Unum tibi. & unum moysi. & unum helie. Nesciens quid diceret. Hec autem illo loquente: facta est nubes & obumbrabat eos & timuerunt. Intrantibus autem illis in nubem. & vox facta est de nube dicens. Hic est filius meus dilectus ipsum audite. Et dum fieret vox. inventus est ihesus solus. & ipsi tacuerunt. Et nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his que viderant.

2555

Factum ē autē insequenti die descendentibus illis de monte. occur
rit ei turba multa. Et ecce vir de turba exclamauit dicens. Magister
obsecro te respice in filium meum. quia unicus ē mihi. Et ecce
spiritus apprehendit illum. & subito clamat & elidit. Et dissi
pat eum cum spuma. & vix discessit dilanians eum. Et rogauit disci
pulos tuos vt eicerent illum & non potuerunt. Respondens autem Ihe
sus. O generatio infidelis & prauā usq: quo ero apud vos. & pa
tiar vos. Adduc huc filium tuum. Et cum accederet. elisit eum
dyemonium. & dissipauit. Et increpauit Ihe spiritum immundum
& sanauit puerum. & reddidit illum patri ei.

Stupebant autem omnes in magnitudine dei.

Omnibus q: mirantibus in omnibus quē faciebat. dixit ad discipulos
suos. Ponite vos in cordibus vestris sermones istos. Filius enim
hominis futurum ē vt tradatur in manus hominum. At illi ig
norabant verbum istud & erat velatum ante eos vt non sentirent
illud. Et timebant eum interrogare de hoc verbo.

Intrauit autem cogitatio in eos. quis eorum maior esset. Ihe su
ens cogitationes cordis illorum. ad prehendens puerum statuit
illum secus se & ait illis. Quicumq: susceperit puerum istum
in nomine meo me recipit. Et quicumq: me receperit.

recipit eū qui me misit. Nā q̄ minor ē inter omes uos hic maior ē.

Respondens aūt iohes dixit. Preceptor: uidimus quendā in nomine tuo dēmonia eicientē & phibuimus eū quia n̄ sequit nobiscū. Et ait ad illū ihe. Nolite phibere. Qui enī n̄ est aduersū uos pro uobis est.

Factū est aūt dū cōplerent dies assumptionis ei. & ipse faciē suā firmauit ire in hierlm. Et misit nuntios ante cōspectū suū. Et euntes intrauerūt in ciuitatē samaritanorū ut paratū illi. Et non receperūt eū quasi facies eius euntis erat in hierlm. Cū uidissent aūt discipuli eius iacobus & iohes dixerūt. Dne. uis dicimus ut ignis descendat de cęlo & cōsumat illos. & conuersus increpauit illos dicēs. Nescitis cui spūi estis. Filius hominis n̄ uenit animas perdere sed saluare. Et abierūt in aliud castellū.

Factū est aūt ambulantib illis in uia. dixit quidā ad illū. Sequar te quocūq; ieris. Et ait illi ihe. Uulpes foueas habent. & uolucres cęli nidos. filius aūt hominis n̄ habet ubi caput suū reclinet. Ait aūt ad alterū. Sequere me. Ille aūt dixit. Dne. permitte mihi primū ire & sepelire patrē meū. Dixitq; ei ihe. Sine ut mortui sepeliant mortuos suos. Tuaūt uade annuntia regnū dei.

Et ait alī. Sequar te dne. sed primū permitte mihi renuntiare

his q̃ dom̃ ſ. Ait adeos ihe. Nemo mittens manu ſua ara
tru & aſpiciens retro. aptus ē regno dī.

POST HĒC AUTĒ DE
ſignauit dn̄s & alios ſeptuaginta duos misit & illos binos an
te faciē ſuā in omnē ciuitatē & locū quo erat ipse uenturus.
& dicebat illis.

Messis quidē multa. operarii aut̄ pauci. Rogate ergo dn̄m
messis. ut mittat operarios in messē
Ire. ecce ego mitto uos. sicut agnos in medio lupos.
Nolite portare sacculū neq; peram. neq; calceamenta. & neminē
p uia ſaluaueritis.
In quacūq; aut̄ domū intraueritis. primū dicite. Pax huic
domui. Et ſi ibi fuerit filius pacis. requiescet ſup illam
pax uſtra. Sin aut̄ ad uos reuertetur.
In eadē aut̄ domo manete. edentes & bibentes que apud illos
sunt. Dignus ē enī operarius mercede ſua.
Nolite transire de domo in domū. & in quā cūq; ciuitatē intra
ueritis & ſuſceperint uos. manducate que apponunt̄ uobis.
& curate infirmos qui in illa ſ. & dicite illis. Adpinqua
uit in uos regnū dī.

In quā cūq; ciuitatē intrauerit. & nō receperit uos exeuntes in plateas ei dicite. Etiā puluerē qui adhesit nob ciuitatis exuta extergimus in uos. Tamen hoc sciote. quia appinquabit regnū dei. Dico uob. quia sodomis in die illa remissius erit quā illi ciuitati.

Uae tibi corozain. uae tibi bethsaida. Quia si in tyro & sydone factae fuissent uirtutes quae in uob factae sunt olim in cilicio & cinere sedentes penituerint. Verumtamen tyro & sydoni remissius erit in iudicio quā uob. Et tu capharnaum usq; ad celum exaltata. usq; in infernum dimergeris.

Qui uos audit me audit: Et qui uos spernit me spernit. Qui autem me spernit eum spernit qui me misit.

Reuersi sunt autem duo septuaginta cum gaudio dicentes. Domine. etiam daemonia subiciuntur nobis in nomine tuo. Erat illis. Videbam satanam sicut fulgur de celo cadentem. ecce dedi uob potestatem calcandi super serpentes & scorpiones. & super omnem uirtutem inimici. & nihil uos nocebit. Verumtamen in hoc nolite gaudere. quia spiritus uob subiciuntur. Gaudete autem qd nomina ura scripta sunt in celis.

In ipsa hora exultauit spiritu sancto & dixit. Confiteor tibi pater domine

celi & terre quia abscondisti hec a sapientib' & revelasti ea
parvulis. Etiam pat' quia sic placuit ante te.
Omia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo scit quis sit filius
nisi pat'. & quis sit pat' nisi filius & cui voluerit filius revelare.
Et conversus ad discipulos suos dixit. Beati oculi qui vident que
vos videtis. Dico enim vob. quia multi pphete & reges voluerunt
videre que videtis & non viderunt. & audire que auditis & non audierunt.
Et ecce quidam legisperitus surrexit tentans illum. & dicens. Magis
ter. qd faciendo vitam aeternam possidebo. At ille dixit ad eum.
In lege qd scriptum est quomodo legis. Ille respondens
dixit. Diliges dnm dm tuum ex toto corde tuo. & ex tota an
ima tua & ex omnib' viribus tuis. & ex omni mente tua. & proximum
tuum sicut te ipsum. Dixit q: illi. recte respondisti. hoc fac & vives.
Ille autem volens iustificare se ipsum. dixit illi. Et quis est meus
proximus. Suspiciens autem ihc dixit. Homo quidam descende
bat ab hierusalem in hiericho. & incidit in latrones. Qui
etiam dispoliaverunt eum. & plagis inpositis abierunt semivivo
relicto. Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eade
via & viso illo pertransiit. Similiter & levita cum esset secus locum
& videre eum pertransiit. Samaritanus quidam autem faciens.

uenit seruus mus. & uidens eum misericordia motus est. Et adpropians al
ligauit uulnera eius infundens oleum & uinum. & imponens illum in
iumentum suum. duxit in stabulum & curam eius egit. Et altera die pro
lata duos denarios. & dedit stabulario & ait. Curam illius habe
& quicquid super erogauerit. ego cum rediero reddam tibi. Quis
horum uidetur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latro
nes. Ait illi. Qui fecit misericordiam cum illo. Et ait illi iesus. Vade.
& tu fac similiter. Factum est autem dum irent. & ipse intrauit in
quoddam castellum. & mulier quedam nomine martha. excepit
illum in domum suam. Et huic erat soror nomine maria. Que
etiam sedens secus pedes domini. audiebat uerbum illius. Martha
autem satagebat circa frequens ministerium. Que stetit & ait.
Domine. non est tibi curae. quod soror mea reliquit me solam minis
trare. Dic ergo illi ut me adiuuet. Et respondens dixit
illi dominus. Martha martha. sollicita es & turbaris erga
plurima. Porro. unum est necessarium. Maria optimam
partem elegit que non auferetur ab ea.

ET FACTUM EST CUM

esset in loco quodam orans. Ut cessauit. dixit unus ex discipu
lis eius ad eum. Domine. doce nos orare. sicut & iohannes docuit

discipulos suos. Et ait illis. cū oratis dicite.

Pater nr̄. sēficet̄ nom̄ tuū. Adueniat regnū tuū. Panē
nr̄m cotidianū. da nob̄ cotidie. Et dimitte nob̄ pecca
ta nr̄a. siquidē & ipsi dimittimus omi debenti nob̄. Et
ne nos inducas in tēptationē.

Et ait ad illos. Quis ur̄m habebit amicū & ibit ad illū me
dia nocte & dicet illi. Amice. cōmoda mihi tres panes.
quō amicus mēs uenit de via ad me. & n̄ habeo qd̄ ponā ante
illū. & ille respondens dicat de intus. noli mihi molestus
ēe. iā ostiū clausū ē & pueri mei mecū s̄ in cubili. & n̄ pos
sū surgere & dare tibi. Et ille si perseuerauerit pulsans.
dico uob̄. Et si n̄ dab̄ illi surgens eo qd̄ amicus ei sit ppt̄
impbitatē tam̄ ei surget. & dab̄ illi quotquot habet ne
cessarios. Et

Ego uob̄ dico. Petite. & dabit̄ uob̄. Querite. & inuenie
tis. Pulsate. & aperiet̄ uob̄. Omis enī q̄ petit accipit
& q̄ querit inuenit. & pulsanti aperiet̄. Quis aū ex
uob̄ patrē petit panē. nūqd lapidē dab̄ illi. Aut
piscē. nūqd p piscē serpentē dab̄ illi. Aut si petie
rit ouū. nūqd porriget ei scorpionē. Si ergo uos

cū sitis mali nostis bona data dare filis vris. Quanto ma
gis pr̄ vr̄ de celo dab spm bonū petentib se.

Et erat eiciens demonium & illud erat mutum. Et cū eiecisset
dem̄ locutus ē mutus. & admirate sunt turbe.

Quidā aut ex eis dixer̄. In beelzebub principe demoniorū
eicit dem̄ia.

Et alii tentantes signū de celo querebant ab eo.

ipse aut vt vidit cogitationes eorū dixit eis. Omne regnū in se
ipsū divisū desolabit. & domus sup̄ domū cadet. Si aut
& satanas in se ipsū divisus ē. quomodo stab regnū ipsius.
Quia dicitis in beelzebub eicere me dem̄ia. Si aut ego
in beelzebub eicio dem̄ia filii vri in quo eiciunt. Ideo
ipsi iudices vri erūt. Porro. si in digito dī eicio dem̄ia.
profecto puenit in vos regnū dī. Cū fortis armatus custo
dit atriū suū. in pace sunt ea que possidet. Si aut fortior il
lo sup̄ veniens vicerit eū. vniuersa arma eius auferet in q̄b
ē fidebat. & spolia eius distribuet. Qui nō ē mecū. aduersus
me ē. & q̄ nō colligit mecū. dispergit.

Cū immundus spiritus exierit ab homine. pambulat p
loca inaquosa querens requiē & nō inueniens dicit Re

uertar in domũ meã unde exiui. Et cũ uenerit. inuenit
scopis mundatã. Et tũc uadit. & assumit septẽ alios spiritus
nequiores se. & ingressi habitant ibi. Et fiũt nouissima ho
minis illi peiora prioribus.

Factũ ẽ aũ cũ hec diceret extollens uocẽ quẑdã mulier
de turba. dixit illi. Beatus uentr̃ quitr̃ portauit. & ubera
que suxisti. At ille dixit. Quin immo. beati q̃ audiunt
ũbũ dei & custodiunt illud.

Turbis aũ ẽ currentib coepit dicere. Generatio hec ge
neratio nequã ẽ. Signũ quirit. & signũ ñ dabit̃ ei nisi
signũ ionę. Nã sicut fuit ionas signũ niniuitis. ita erit
filij hominis generationi isti. Regina austri surget in
iudicio cũ generatione ista. & cõdẑnabit illos. Quia uenit
a finib̃ terre audire sapientiã salomonis. Et ecce plus quã
salomon hic. Viri niniuitę surgent in iudicio cũ ge
neratione ista. & cõdẑnabunt illã. quia poenitentiã
egerũt in p̃dicatione ionę. Et ecce plus quã iona hic.

Nemo lucernã accendit. & in absconso ponit neq; sub mo
dio. sed sup candelabrũ. ut qui ingrediuntur lũmẽ uideant.

Lucerna corporis tui ẽ oculus tuus. Si oculus tuus fue

rit simplex totū corpus tuū lucidū erit. Si autē nequā fue-
rit. erit corpus tuū tenebrosū erit. Uide ergo ne lumē
qd̄ in te ē tenebrę sint. Si ergo corpus tuū totū lucidū
fuerit. nō habens partē aliquā tenebrarū. erit lucidū totū.
Et sicē lucerna fulgoris inluminabit te.

Et cū loqueretur. rogauit ēm pharisei illū. ut pranderet apud
se. Et ingressus recubuit. Pharisei autē coepit intra se
repitans dicere. quare nō baptizatus ēt ante prandiū.
Et ait dns ad illū. Nunc uos pharisei qd̄ deforis ē calicis
& catini mundatis. qd̄ autē intus ē uestrū plenū ē rapina & ini
quitate. Stulti nōne qui fecit qd̄ deforis ē. etiā id qd̄ deintus
ē fecit. Uerūtamen qd̄ sup ē date elemosinā. & ecce omnia mun
da sunt uob.

Sed uę uob pharisei qui decimatis mentā & rutā & omne holus
& pretereatis iudiciū & caritatē dei. Hęc autē facere oportuit
& illa nō omittere.

Uę uob pharisei. quia diligitis primas cathedras in sinagogis
& salutationes in foro.

Uę uob quia estis ut monumenta quę nō apparent. & homi-
nes ambulantes sup̄ nesciunt.

Respondens autem quidam ex legis peritis ait illi. Magister hec
dicens etiam nos contumelia facis. At ille ait. Et vos legis peri
te quia honeratis homines oneribus que portari non possunt
et ipsi uno digito vestro non tangitis sarcinas.

Vae vobis quia edificatis monumenta prophetarum. patres autem vestri
occiderunt illos. Profecto testificamini quod consentitis operibus
patrum vestrorum quia quidem ipsi eos occiderunt. vos autem edificatis
eorum sepulchra.

Propterea et sapientia dei dixit. Mittam ad illos apostolos et prophe
tas. et ex illis occident et persequentur. Ut inquirat sanguis
omnium prophetarum qui effusus est a constitutione mundi ge
neratione ista. A sanguine abel iusti usque ad sanguinem
zacharie qui periit inter altare et edem. Ita dico vobis re
quirentur a generatione hac.

Vae vobis legis peritis quia tulistis clavem scientie. Ipsi non
introistis et eos qui introibant prohibuistis.

Cum hec ad illos
diceret. coeperunt pharisei et legisperiti graviter insistere
et os ei opprimere de multis insidiantes ei. Et queren
tes capere aliquid ex ore ei ut accusarent eum. Multis

aut turbis cum cōstantib. ita ut se ēculcarent coepit dicere
ad discipulos suos.

Attendite a fermento pharisaeorum quod est hypocrisis.

Nihil autem opertum est quod non revelet. neque absconditum quod non sciatur. Quoque in tenebris dixistis. in lumine dicentur. Et quod in aure locuti estis in cubiculis prædicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis. ne timeatis ab his qui occidunt corpus. & post hæc non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis. Timete eum qui postquam occiderit. habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis. hunc timete. Nonne. v. passeres venient dipondio. & unus ex illis non est in oblivione coram deo. Sed & capilli capitis uri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere. multis passeribus plures estis. Dico autem vobis. omnis quicumque confessus fuerit me coram hominibus & filius hominis confitebitur illum coram angelis dei.

Qui autem negaverit me coram hominibus denegabitur coram angelis dei.

Et omnis qui dixerit verbum in filium hominis remittetur ei. Illi autem qui in spm sem blasphemaverit non remittetur.

Cum autem inducent vos in synagogas. & in magistratus & po

restares. Nolite sollicti esse qualiter aut qd respondeatis
aut qd dicatis. Spiritus enim sanctus docebit uos in ipsa hora quid oporteat dicere.

Ait autem quidam de turba. Magister dic fratri meo ut diuidat mecum hereditatem. At ille dixit ei. Homo quis me constituit iudicem aut diuisorem super uos? Dixit autem ad illos. Videte et cauete ab omni auaritia quia non in abundantia cuiusquam uita eius est ex his que possidet. Dixit autem similitudinem ad illos dicens. Hominis cuiusdam diuitis uberes fructus ager attulit. et cogitabat intra se dicens. Quid faciam qd non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit. Hoc faciam. Destruam horrea mea et maiora faciam. Et illuc congregabo omnia quid natum sunt mihi et bona mea. Et dicam animae meae. Anima habes multa bona posita in annos plurimos. Requiescere. comede bibe epulare. Dixit autem illi deus. Stulte. animam tuam hac nocte reposcunt a te. Quae autem parasti cui erunt? Sic est qui sibi thesaurizat non est in deum diues.

Dixit ad discipulos suos. Ideo dico uobis. nolite solliciti esse animae qd manducetis. neq: corpori qd uestramini. Anima plus est quam esca. et corpus quam uestimentum. Conside

rate coruos quia ñ seminant neq: metunt quib ñ cellariũ neq:
horreũ & ds pascit illos. Quanto magis uos plures estis illis.
Quis autem urm cogitando potest adicere ad staturam suam cubitũ
unũ. Si ergo neq: qd minimũ est potestis qd de ceteris sollicit
i estis. Considerate lilia agri quomodo crescunt ñ laborant
neq: nent. Dico autem uob. nec salomon in omni gl̃ sua uestie
bat sicut unũ ex istis. Si autem fenum agri qd hodie est in agro. &
cras in clibanũ mittit. ds sic uestit. Quanto magis uos pu
sillę fidei. Et uos nolite querere qd manducetis aut qd bi
batis. Et nolite insublime tolli. hęc enim omia gentes mundi
querunt. Pat autem uest scit. quo his indigetis. Verumtamen
querite regnũ dei. & hęc omia adicient uob.

Nolite timere pusillus grex. qia eo placuit patri uro dare
uobis regnum.

Vendite quę possidetis & date elemosinam.

Facite uob sacculos qi non veterescunt. thesaurũ ñ deficientem in
cęlo. quo fur ñ appiat. neq: tinea corrumpit. Ubi enim the
sauruus ur est ibi & cor urm erit

Sint lumbi uri cincti & lucernę ardentes. Et uos similes
hominib expectantib dominũ suũ quando reuertat a nup

tus. Uenientes & pulsauerit. continuo aperiant ei.

Beati serui illi quos cum uenerit dominus inuenerit uigilantes.

Amen dico uobis. quod praecinget se. & faciet illos discumbere & transiens ministrabit illis. Et si uenerit in secunda uigilia & si uenerit in tertia uigilia

uenerit. & ita inuenerit. beati sunt serui illi.

Hoc autem scitote. quod si sciret paterfamilias. qua hora fur uenturus

esset uigilaret utique: & non sineret perfodi domum suam. Et uos estote parati. quia qua hora non putatis filius hominis uenit.

Ait autem ei petrus. Domine. an nos ad eos hanc parabolam an & ad omnes.

Dixit autem dominus. Quis putas est fidelis & prudens dispensator quem constituet dominus super familiam suam ut det illis in tempore tritici mensuram. Beatus ille seruus quem cum uenerit dominus inuenerit ita facientem. Vere dico uobis. quia super omnia quae possidet constituet illum.

Quod si dixerit seruus ille in corde suo moratur fac ille dominus meus uenire & coperit percutere pueros & ancillas. & edere & bibere & inebriari. Uenient dominus serui illius in die qua non sperat. & hora qua nescit. & diuidet eum partemque eius cum infidelibus ponet.

Ille autem seruus qui cognouit uoluntatem domini sui & non preparauit & non fecit secundum uoluntatem eius. uapulabit multas. Qui autem non cognouit & fecit digna plagis uapulabit paucis. Omni autem cui multum datum est

multū quęrerur ab eo. Et cū commendaneruīt multū.
plus petent ab eo.

Ignem ueni mittere in terrā. & qd uolo nisi ut ac
cendatur. Baptisma aūt habeo baptizari. & quo
modo coartor usq; dū pficiatur: Putatis quia pacē
ueni dare in terrā. Non dico uobis. sed separationē.
Erunt enim ex hoc quinq; in domo una diuisi. tres
in duo. & duo in tres diuidentur. Pater in filiū. &
filius in patrē suū. Mater in filiā. & filia in ma
trem. Socrus in nurū suā. & nurus in socrū suā.
Dicebat aūt & ad turbas. Cum uideritis nubē ori
entē ab occasu. statim dicitis nymbus uenit. & ita
fit. Et cū austrū flantē. dicitis quia aestus erit.
& fit. Hypocritę. faciē cęli & terrę nostis pbare.
hoc aūt tempus quomodo ñ pbatis. Qud aūt & a uo
bis ipsis. ñ iudicatis qd iustū est.

Cum aūt uadis cū aduersario tuo ad principē in
ua. da operā liberari ab illo. ne forte trahat te
apud iudicē. & iudex tradat te exactori. & ex
actor mittat te in carcerē. Dico tibi. ñ exies

inde. donec eram nouissimũ minuũ reddas.

ADERANT AUTEM

quidã ipso in tempore nuntiantes illi de galileis.

quorũ sanguinẽ pilatus miscuit cũ sacrificiis eorum.

Et respondens dixit illis. Putatis qd hi galilei p̃ omnibus

galileis fuerũt peccatores. qui talia passi sunt. Non

dico uobis. sed nisi pęnitentiã habueritis. omes simili

ter peribitis. sicut illi decẽ & octo. sup̃ quos cecidit

turris in siloam. & occidit eos. Putatis quia & ipsi

debitores fuerũt. p̃ter omes homines habitantes in hie

rusalẽ. Non dico uobis. sed si ñ pęnitentiã egeritis.

omnes similiter peribitis.

Dicebat autẽ hanc similitudinẽ. Arborẽ fici habe

bat quidã plantatã in uinea sua. & uenit quęrens

fructũ in illa. & ñ inuenit. Dixit autẽ ad cultu

rem uineę. Ecce anni tres sunt ex quo uenio. quę

rens fructũ in ficulnea hac & ñ inuenio. Succide

ergo illã. ut qd eram terrã occupat. At ille

respondens. dixit illi. Domine. dimitte illã et

hoc anno. usq; dũ fodiã circa illã. & mittã ster-

cora. Et siquidem fecerit fructū. sin autē. in futurū succedes
eā. Erat autē docens in synagoga corū sabbatis. Et ecce
mulier quę habebat spiritū infirmitatis annis decē &
octo. & erat inclinata. nec omnino poterat sursū respi
cere. Quā cū uideret ihs. uocauit ad se. & ait illi. Mu
lier. dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi
manus. & confestim erecta est. & glorificabat dm.

Respondens autē archisynagogus indignans quia sabbato
curasset ihs. dicebat turbę. Sex dies sunt in quibus
oportet operari. in his ergo uenite. & curamini. & ñ
in die sabbati. Respondit autē ad illū dns & dixit.
Hypocritę. unusquisq; urūm sabbato ñ soluit bouem
suū aut asinū a pręsepio. & ducit adaquare. Hanc
autē filiā abrahę quā alligauerat satanas ecce decē
& octo annis. non oportuit solui a uinculo isto die
sabbati.

Et cū hęc diceret. erubescebant omes aduersarii eius.
Et omis populus gaudebat in uniuersis. quę glori
ose fiebant ab eo.

Dicebat ergo. Cui simile ē regnū dei. & cui simile

esse existimabo illud. Simile est grano sinapis. quod
acceptum homo misit in hortum suum & creuit. Et factum
est in arborem magnam. & uolucres celi requieuerunt
in ramis eius.

Et iterum dixit. Cui simile estimabo regnum dei. Simile est fermento. quod acceptum mulier abscondit in farine sata tria. donec fermentaretur totum.

Et ibat per ciuitates & castella docens. & iter faciens in hierusalem.

Ait autem illi quidam. Domine. si pauci sunt qui saluantur:
Ipse autem dixit ad illos. Contendite intrare per angustam portam. quia multi dico uobis querent intrare & non poterunt.

Cum autem intrauerit pater familias & clauserit ostium. & incipietis foris stare: & pulsare ostium dicentes.
Domine: aperi nobis. Et respondens dicet uobis. Nescio uos unde sitis. Tunc incipietis dicere: manducauimus coram te & bibimus. & in plateis nris docuisti. & dicet uobis.
Nescio uos unde sitis. Discedite ame omnes operarii iniquitatis. ubi erit fletus & stridor dentium.

Cum uideritis abraham & isaac & iacob. & omes pro
phetas in regno dei. uos autem expelli foras. Et uen
ent ab oriente & occidente & aquilone & austro.
& accumbent in regno dei.

Et ecce sunt nouissimi qui erant primi. & sunt pri
mi qui erant nouissimi.

In ipsa die accesserunt quidam pharisei dicentes illi.
Exi & uade hinc. quia herodes uult te occidere.
Et ait illis. Ite & dicite uulpi illi. ecce eicio demo
nia. & sanitates perficio. hodie & cras. & tertia die
consumor. Verumtamen oportet me hodie & cras
& sequenti ambulare. quia non capit prophetam perire
extra hierusalem.

Hierusalem hierusalem. que occidis prophetas. & lapidas
eos qui mittuntur ad te. Quoties uolui congregare
filios tuos quemadmodum auis nidum suum sub pennis. &
noluisti. Ecce relinquetur uobis domus uestra. Dico autem
uobis. quia non uidebitis me. donec ueniet cum dicetis.
Benedictus qui uenit. in nomine domini.

ET FACTUM EST

eū intrare in domū cuiusdā principis phariseorū
sabbato manducare panē. & ipsi obseruabant eum.
Et ecce homo quidā hydropicus. erat ante illū.
Et respondens ihs. dixit ad legis peritos. & phariseos
dicens. Si licet sabbato curare. At illi tacuerunt.
Ipse uero apprehensū sanauit eū. ac dimisit. Et
respondens ad illos dixit. Cuius ūrm asinus aut
bos in puteū cadet. & ñ continuo extrahet illum
die sabbati. Et ñ poterant ad hec. respondere
illi. Dicebat autē & ad inuitatos parabolā in
tendens quomodo primos accubitus eligerent. dicens
ad illos. Cum inuitatus fueris ad nuptias ñ discum
bas in primo loco. ne forte honoratior te sit inui
tatus ab illo. & ueniens is qui te & illū uocauit di
cat tibi. Da huic locū. Et tunc incipias cū rubore
nouissimū locū tenere. Sed cū uocatus fueris
uade & recumbe in nouissimo loco. ut cū uenerit
qui te inuitauit dicat tibi. Amice. ascende supe
rius. Tunc erit tibi gl̄a. coā simul discūbentibus.
ma omis qui se exaltat humiliabit. & qui se

humiliat. exaltabitur:

Dicebat autem & ei. qui se inuitauerat. Cum facis prandium
aut cenam. noli uocare amicos tuos. neq; fres tuos. neq; cog
natos. neq; uicinos. neq; diuites. Ne forte & ipsi te rein
uitent. & fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium. uoca
pauperes. debiles. claudos. cecos. & beatus eris. quia n̄ habent
retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione
iustorum. Hec cum audisset quidam de simul discumbentibus.
dixit illi. Beatus qui manducabit panem. in regno di.
Et ipse dixit ei. Homo quidam fecit cenam magnam. & uocauit
multos. Et misit seruum suum hora cene dicere inuitatis ut
uenirent. quia iam parata sunt omnia. Et cepere simul omes
excusare. Primus dixit illi. Uillam emi. & necesse habeo
exire. & uidere illam. Rogo te. habe me excusatum. Et
alter dixit. Juga boum emi quinq; & eo probare illa. Ro
go te. habe me excusatum. Et alius dixit. Uxorem duxi.
& ideo n̄ possum uenire. Et reuersus seruus. nuntiauit
hec domino suo. Tunc iratus pater familias. dixit seruo
suo. Exi cito in plateas & uicos ciuitatis. & pauperes ac
debiles. & cecos. & claudos introduc huc. Et ait seruus.

Domine: factum est ut imperasti. & adhuc locus est. Et ait dominus seruo. Exi in uias & sepes & compelle intrare: ut impleatur domus mea. Dico autem uobis. quod nemo uirorum illorum qui uocati sunt. gustabit cenam meam.

Ibant autem turbe multe cum eo. & conuersus dixit ad illos. Si quis uenit ad me & non odit patrem suum & matrem: & uxorem: & filios. & fratres. & sorores. adhuc autem & animam suam. non potest meus esse discipulus. Et qui non baiolat crucem suam & uenit post me. non potest meus esse discipulus.

Quis enim ex uobis uolens turrim edificare: non prius sedens computat sumptus qui necessarii sunt. si habet adpficiendum. Ne postea quam posuerit fundamentum & non potuerit pficere. omnes qui uident incipiant inludere ei dicentes. Quia hic homo cepit edificare: & non potuit esummare. Aut quis rex iturus commitere bellum aduersus alium regem: non sedens prius cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei. qui cum uiginti milibus uenit ad se: Alioquin. adhuc longe illo agente: legationem mittens rogat ea que pacis sunt.

Sic ergo omnis ex uobis qui non renuntiat omnibus que possidet. non potest meus esse discipulus.

BONUM EST SAL SI

autem sal quoque euanuerit. in quo condietur? Neque in terram.

neque in sterquilinium utile est. sed foras mittetur. Qui habet

aures audiendi. audiat.

Erant autem appropinquantes ei publicani & peccatores. ut au

dirent eum. Et murmurabant pharisei. & scribe dicentes.

Quia hic peccatores recipit. & manducat cum illis.

Et ait ad illos parabolam istam dicens. Quis ex uobis homo

qui habet centum oues. Et si perdiderit unam ex illis. nonne

dimittit nonaginta nouem in deserto. & uadit ad illam

que perierat donec inueniat illam. Et cum inuenerit eam.

imponet in humeros suos gaudens. Et ueniens domum. con

uocat amicos & uicinos. dicens illis. Congratulamini mihi.

quia inueni ouem meam que perierat. Dico uobis. quia ita gau

dium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente.

quam super nonaginta nouem iustis. qui non indigent penitentia.

Aut que mulier habens dragmas decem. Si perdiderit drag

mam unam. nonne accendit lucernam & everrit domum.

& quirit diligenter donec inueniat. Et cum inuenerit.

conuocat amicas & uicinas dicens. Congratulamini mihi.

qua inuenit dragmā quā pdiderā.

Ita dico uobis. gaudiū erit corā angelis dī sup uno pec
catore: pēnitentiam agente.

Ait autē. Homo quidā habuit duos filios. & dixit adoles
centior ex illis patri. Pater: da mihi portionē substan
tiæ. quæ me contingit. Et diuisit illis substantiam.
Et non post multos dies. congregatis omnib; adolescenti
or filius peregre pfectus ē in regionē longinquā. Et
ibi dissipauit substantiā suā. uiuendo luxuriose. Et
postquā omnia consumasset. facta ē fames ualida in re
gione illa. & ipse cepit egere. Et abit & adhesit uni
ciuium regionis illius. & misit illū in uillā suā. ut pasceret
porcos. Et cupiebat implere uentrē suū de siliquis
quas porci manducabant. & nemo illi dabat. In se autē
reuersus dixit. Quanti mercenarii in domo patris
mei abundant panibus. ego autē hic fame pereo. Surgā
& ibo ad patrē meū. & dicā illi. Pater: peccaui in cēlū
& coram te: et iam nō sum dignus uocari filius tuus. fac
me sicut unū de mercenarius tuis. Et surgens. uenit
ad patrē suū. Cum autē adhuc longe eet. uidit illum

pater ipsius: & misericordia motus ē. Et accurrens
cecidit sup collū eius. & osculatus ē eū. Dixitq; ei filius.
Pater. peccaui in cęlū & coram te. iam nō sum dignus voca
ri filius tuus. Dixit autē pater ad seruos suos. Cito pfer
te stolā primā & induite illū. & date anulū in ma
num eius. & calciamenta in pedes. Et adducite uitulū
saginatū. & occidite: & manducemus. & epulemur: qua
hic filius mēs mortuus erat & reuixit. perierat. & in
uentus est. Et cęperunt epulari. Erat autē filius eius
senior in agro. Et cū ueniret & appinquaret do
mui. audiuit symphoniā & chorū. & uocauit unū de
seruis. & interrogauit quę nam hęc ēent. Qui dixit
illi. Frater tuus uenit. & occidit pater tuus uitulū sagi
natū. quia saluū illū recepit. Indignatus ē autē. & no
lebat introire: Pater ergo illius egressus. cępit rogare
illū. At ille respondens. dixit patri suo. Ecce tot
annis seruio tibi. & numquā mandatū tuū preteriui.
& numquā dedisti mihi hedū. ut cū amicis meis epula
rer: Sed postquā filius tuus hic qui deuorauit sub
stantiā suā cū meretricib; uenit. occidisti illi uitulū

sagnarū. At ipse dixit illi. Fili. tu semp mecū es. &
omia mea tua sunt. Epulari aūt & gaudere oportebat.
quia frēr tuus hic mortuus erat & revixit. perierat. & in
Dicebat aūt & ad discipulos suos. Luctus est.
homo quidā erat dives. qui habebat villicū. Et hic
diffamatus ē apud illū. quasi dissipasset bona ipsius.
Et vocavit illū. & ait illi. Quid hoc audio de te. Redde
rationē villicationis tuę. iam enim ñ poteris villicare.
Ait aūt villicus intra se. Quid faciā quia dominus meus
auferet a me villicationē. Fodere ñ valeo. mendicare
erubesco. scio quid faciā. Ut cū amotus fuero a villica
tione. recipiant me in domos suas. Convocatis itaq; sin
gulis debitoribus domini sui. dicebat primo. Quantū de
bes domino meo. Ille dixit. Centū cados olei. Dixit
q; illi. Accipe cautionē tuā. & sede cito. scribe quinqua
ginta. Deinde alio dixit. Tu vero quantū debes. Qui ait.
Centū choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas. & scri
be octoginta. Et laudavit dominus villicū iniquitatis. quia
prudenter fecisset. quia filii huius sęculi prudentiores fi
lis lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico.

Facite uobis amicos de mammona iniquitatis. ut cũ defece
ritis recipiant uos. in ęterna tabernacula. Qui fide
lis ē in minimo. & in maiori fidelis ē. Et qui in modi
co iniquus ē. & in maiori iniquus ē. Si ergo in iniquo
mammona fideles nõ fuistis. qd uerũ ē quis credet uobis.
Et si in alieno fideles nõ fuistis. qd uerũ ē quis dabit uobis.
Nemo seruus potest duobus dominis seruire: Aut enim
unũ odiet. & alterũ diliget. Aut uni adhęrebit. & al
terũ contemnet. Non potestis dõ seruire: & mammonę:
Audiebant autẗ omia hęc pharisei qui erant auari. & deri
debant illũ. Et ait illis. Uos estis qui iustificatis uos co
ram hominibus. ds autẗ nouit corda ura. Quia qd hom
nibus altũ ē. abominatio ē ante dm̃.
Lex & ꝓphetę usq: ad iohannẽ ex eo regnũ dĩ euangeli
zatur. & omis in illud uim facit.
Facilius ē autẗ ecl̃ & terrã prętirire: quã de lege unũ
apicem cadere: omis qui dimittit uxorẽ suam
& ducit alterã. mechatur.
Homo quidam erat
diues. & induebat purpura & byisso. & epulabat cotidie

2883

splendide: Et erat quidā mendicus nomine lazarus.
qui iacebat ad ianuā eius ulceribus plenus. cupiens saturari de micis. quę cadebant de mensa diuitis. Sed & canes uenibant. & lingebant ulcera eius. Factū ē autē ut moreretur mendicus. & portaretur ab angelis in sinum abrahę. Mortuus ē autē & diues. & sepultus ē in inferno. Eleuans aut oculos suos cū ēet in tormentis uidit abrahā alonge & lazarū in sinu eius Ipse clamans dixit. Pater abrahā miserere mei. & mitte lazarū ut intingat extremū digiti sui in aquā ut refrigeret linguā meā quia crucior in hac flāma. Et dixit illi abrahā. Fili. recordare quia recepisti bona in uita tua. & lazarus similiter mala. Nunc autē hic consolatur: tu uero cruciaris. Et in his omnibus inter nos & uos chaos magnū firmatū ē. ut hi qui uolunt hinc transire ad uos ñ possint. neq: inde huc transmeare.
Et ait. Rogo ergo te pater. ut mittas eū in domū patris mei. habeo enim quinq: frres. ut testetur illis ne ipsi ueniant in locū hunc tormentorū. Et ait illi abraham. habent moysen & ypphetas. audiant illos. At ille dixit. Non pater abraham. sed siquis ex mortuis iuerit ad eos. pęni

temtã agent. Ait aũt illi. Si moysen & ꝓphetas ñ audi
unt. neq; siquis ex mortuis resurrexerit credent.

Et ad discipulos suos ait. Impossibile est. ut ñ ueniant scan
dala. Uae aũt illi. p quẽ ueniunt. Utilius est illi. si lapis
molaris imponat circa collũ eius & proiciat in mare. quam
ut scandalizet unũ de pusillis istis.

Adtendite uobis. Si peccauerit frẽ tuus. increpa illũ. Et
si pœnitentiã egerit. dimitte illi.

Et si septies in die peccauerit in te. & septies in die ẽuer
sus fuerit ad te dicens pœnitet me: dimitte illi.

Et dixerunt apli dño. Adauge nobis fidẽ. Dixit autẽ
dñs. Si habueritis fidẽ sicut granũ synapis. diceretis huic
arbori moro eradicare: & transplantare in mare: &
obaudiret uobis.

Quis aũt uestrũ habet seruũ arantẽ aut pascentẽ: qui re
gresso de agro. dicit illi statim. Transi recubi. & ñ dicit ei para
qd cœnem. & præcinge te. & ministra mihi. donec manducẽ
& bibam. Et post hæc tu manducabis. & bibes. Numqd
gratiam habet seruo illi. quia fecit quæ sibi imperauerat ei.
Non puto. Sic & uos cũ feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis.

dicere serui inutiles sumus. qd debuimus facere: fecimus.
Et factum e dum iret in hierlm transiebat pmedium sa
mariae & galileae. Et cum ingrederetur qdam castellum.
occurrerunt ei decem uiri lepsi. Qui steterunt alonge. &
leuauerunt uocem dicentes. Jhu preceptor. miserere nri.
Quos ut uidit dixit. Ite: ostendite uos sacerdotibus.
Et factum est dum irent. mundati sunt. Unus autem ex illis
ut uidit quia mundatus e. regressus e cum magna uo
ce magnificans dm. Et cecidit in faciem ante pedes eius.
gras agens. Et hic erat samaritanus. Respondens autem ihs
dixit. Nonne decem mundati sunt. & nouem ubi sunt. Non
est inuentus qui rediret & daret glam do. nisi hic alie
nigena. Et ait illi. Surge uade: quia fides tua. te
saluum fecit.

Interrogatus autem a pharisei. quando uenit regnum di.
Respondit eis & dixit. Non uenit regnum di cum obser
uatione: neq; dicent ecce hic. aut ecce illic. Ecce enim
regnum di. intra uos est.

Et ait ad discipulos suos. Uenient dies quando deside
retis uidere unum die filii hominis. & non uidebitis.

Et dicent uobis. ecce hic. ecce illic. Nolite ire. neq; sec
temini. Nam sicut fulgur coruscans de sub celo
in ea que sub celo ſ fulget. ita erit filius hominis in
die sua. Primu autem oportet illu multa pati.
& reprobari a generatione hac.

Et sicut factu e in dieb; noe. ita erit & in dieb; filii
hominis. Edebant & bibebant. uxores ducebant
& dabant ad nupias usq; in die qua intrauit noe
in arca. Et uenit diluiu. & pdidit omnes.

Similiter sicut factu e in dieb; loth. edebant &
bibebant. emebant & uendebant. plantabant &
edificabant. Qua die aut exiit loth a sodomis. pluit
igne & sulphur de celo & omes pdidit. Secundu hec
erit. qua die filius hominis reuelabitur.

In illa hora qui fuerit in tecto. & uasa ei in domo. ne
descendat tollere illa. Et qui in agro. similit n redeat
retro. Memores estote uxoris loth.

Quicumq; quesierit animam suam saluam facere: pdet illam.
Et quicuq; pdiderit illam uiuificabit eam.

Dico uobis. In illa nocte erunt duo in lecto uno. unus

287 187

assumetur & alē relinquet. Duae erunt molentes in unū.
una assumet. & altera relinquet. Duo in agro. unus assu
metur. & alter relinquetur:

Respondentes dicunt illi. Ubi drie. Qui dē est. Ubicūq;
fuerit corpus. illuc congregabuntur aquilę:

Dicebat autē & parabolā ad illos. Quō oportet semp orare
& ñ deficere dicens. Iudex quidā erat in quadā ciuitate
qui dm ñ timebat. & hominē ñ reuerebat. Uidua
autē quędā erat in ciuitate illa. & ueniebat ad eū dicens.
Vindica me de aduersario meo. Et nolebat p multū tem
pus. Posthaec autē dixit intra se. Et si dm ñ timeo. nec ho
minē reuereor. tamen quia molesta ē mihi hęc uidua.
uindicabo illā. ne in nouissimo ueniens suggillet me.

Ait autē dns. Audite qd iudex iniquitatis dicit. ds autē
ñ faciet uindictā electorū suorū. clamantiū ad se die ac
nocte. & patientiā habebit in illis. Dico uobis. quia cito fa
ciet uindictā illorū. Verumtamen filius hominis ueniens.
putas inueniet fidē in terra. Dixit autē & ad quosdā qui
in se cfidebant tamquā iusti. & aspernabantur ceteros pa
rabolā istā. Duo homines ascenderunt in templū. ut

orarent. Vnus pharisseus. & alter publicanus. Pharisseus
stans. hęc apud se orabat. Ds. grias ago tibi. quia ñ sum sicut
cęteri hominū. Raptores. iniusti. adulteri. uelut etiam
hic publicanus. Ieuno bis in sabbato. decimas do omnium quę
possideo. Et publicanus a longe stans. nolebat nec oculos
ad cęlū leuare. sed percutiebat pectus suum dicens. Ds. ppi
tius esto mihi peccatori. Dico uobis. descendit hic iustifi
catus in domū suā ab illo.

Quia omis qui se exaltat humiliabit. & qui se humiliat.
exaltabitur.

Afferebant aut ad illū & infantes. ut eos tangeret.
Qd cū uiderent discipuli. increpabant illos. Ihs aut como
cans illos. dixit. Sinite parulos uenire ad me. & nolite eos
uetare. talium ē enim regnū di.

Amen dico uobis. quicūq; non acceperit regnū di sicut puer.
ñ intrabit in illud.

Et interrogauit quidā princeps dicens. Magister bone.
qd faciens uitā ęternā possidebo. Dixit aut ei ihs. Quid me
dicis bonū. Nemo bonus. nisi solus ds. Mandata nosti. ñ
occides. ñ mechaberis. ñ furtū facies. ñ falsū testimonium

dicef. honora patrẽ tuũ & matrẽ. Qui ait. Hæc omnia cuſ
todiui. a iuuentute mea.

Quo audito ihſ. ait ei. Adhuc unũ tibi deeſt. Omnia quæ
cumq; habes uende. & da pauperib; Et habebis theſau
rũ in cęlo. & ueni ſequere me.

His ille auditis. contriſtatus ẽ. qua diues erat ualde. Uideſ
aũt iuis illũ triſtẽ factũ dixit. Quã difficile qui pecunias habent. in regnũ di intrabunt. Faciliuſ ẽ enim camelũ p foramẽ acus tranſire. quã diuitẽ intrare in regnũ di. Et dixerũt qui audiebant. Et quis poteſt ſaluus fieri. Ait illis. Quæ impoſſibilia ſ̃ apud homines. poſſibilia ſunt apud dm̃. Ait aũt petrus. Ecce nos dimiſimus omnia. & ſecuti ſumuſ te.

Qui dixit eis. Amen dico uobis. nemo ẽ qui reliquit domũ. aut parentes. aut frres. aut uxorẽ. aut filios. ppter regnũ di. & n̄ recipiat multo plura in hoc tempore. Et in ſclo uen turo. uitam æternam.

Aſſumpſit aũt ihſ duodecim. & ait illis. Ecce aſcendimus hierolimã. & conſumabuntur omnia quæ ſcripta ſ̃ p ppheas. de filio hominis. Tradetur enim gentib; & inludetur. & fla

gellabitur: & conspuet. Et postquam flagellauerint occi
dent eum. & die tertia resurget.

Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat uerbum istud
absconditum ab eis. & non intellegebant que dicebantur:

Factum est autem cum appinquaret hiericho. cecus quidam
sedebat secus uiam mendicans. Et cum audiret turbam preter
euntem. interrogabat qd hoc esset. Dixerunt autem ei. qd
ihs nazarenus transiret. & clamauit dicens. Ihu fili da
uid. miserere mei. Et qui pibant. increpabant eum
ut taceret. Ipse uero. multomagis clamabat. Fili da
uid. miserere mei. Stans autem ihs. iussit illum adduci ad se.
Et cum appinquasset. interrogauit illum dicens. Quid tibi
uis faciam. At ille dixit. Dne. ut uideam. Et ihs dixit illi.
Respice. fides tua te saluum fecit. Et confestim uidit.
& sequebatur illum magnificans dm. Et omis plebs ut uidit.
dedit laudem do.

Et ingressus pambulabat hiericho. Et ecce uir nomine
zacheus. & hic erat princeps publicanorum. & ipse diues.
Et quirebat uidere ihm quis esset. & non poterat pr turba.
quia statura pusillus erat. Et pcurrens ascendit in

arborē sicomorū ut uideret illū. quia inde erat tran
siturus. Et cū uenisset ad locū suspiciens ūis uidit illū &
dixit ad eū. Zachee festinans descende: quia hodie in
domo tua oportet me manere: Et festinans descendit.
& excepit illū gaudens. Et cū uiderent ōes murmura
bant dicentes. qd ad hominē peccatorē diuertisset. Stans
aūt Zacheus. dixit ad ūm. Ecce dimidiū bonorū meorū
dūi do pauperibus. & siquid aliquē defraudiui. reddo
quadruplū. Ait ūs ad eū. Quia hodie salus domui huic
facta ē. eo qd ipse ēt filius abrahē: Uenit enim filius
hominis querere & saluū facere: qd perierat.

Haec illis audientibus. adiciens dixit parabolā. eo qd esset
ppe hierlm. & quia existimarent qd ēfestim regnū dī
manifestaretur.

Dixit ergo. Homo quidā nobilis abiit in regionē lon
ginquā. accipere sibi regnū & reuerti.

Uocatis aūt decē seruis suis. dedit illis decē mnas. Et ait
ad illos. Negociamini dū uenio. Ciues aūt eī oderunt
illū. & miserūt legationē post illū dicentes. Nolumus hunc
regnare sup nos. Et factū ē ut rediret accepto regno.

uisse uocari seruos quib; dedit pecuniã. ut sciret quantũ
quisq; negotiatus esset. Uenit autem primus dicens. Domine.
mina tua. decem minas adquisiuit. Et ait illi. Euge serue
bone. quia in modico fidelis fuisti. eris potestatem habens
sup decem ciuitates. Et alter uenit dicens. Domine. mina
tua. fecit quinq; minas. Et huic ait. Et tu esto sup quin
que ciuitates. Et alter uenit dicens. Domine. ecce mina
tua. quã habui repositã in sudario. Timui enim te. quia
homo austeris es. tollis qd non posuisti. & meis qd ñ sem
nasti. Dicit et. De ore tuo te iudico. serue nequã. Scie
bas quia ego homo austerissũ. tollens qd ñ posui. & me
tens qd ñ seminaui. Et quare ñ dedisti pecuniã meam
ad mensã. & ego ueniens cũ usuris utiq; exegissem illud.
Et astantib; dixit. Auferte ab illo minam. & date illi
qui decem minas habet. Et dixerũt illi. Domine. habet
decem minas.

Dico autem uobis. quia omni habenti dabitur. ab eo autem qui ñ
habet. & qd habet auferetur ab eo.

Uerumtamen inimicos meos illos qui noluerũt me regnare
sup se. adducite huc & interficite ante me.

Et hiis dictis. procedebat ascendens hierosolimam. Et factum est
cum appropinquasset ad bethfage & bethania ad montem qui uo
catur oliuet. misit duos discipulos suos dicens. Ite in castellum
quod contra uos est. in quod introeuntes inuenietis pullum asine al
ligatum. cui nemo unquam hominum sedit. Solite illum. & ad
ducite. Et siquis uos interrogauerit. quare solutis. Sic dice
tis ei. quia dominus operam eius desiderat.

Abierunt autem qui missi erant. & inuenerunt sicut dixerat illis stantem
pullum. Soluentibus autem illis pullum. dixerunt domini eius ad illos.
Quid solutis pullum. At illi dixerunt. Quia dominus eum necessarium
habet. Et duxerunt illum ad eum. Et iactantes uestimenta sua sup
pullum. imposuerunt eum. Eunte autem illo. substernebant uestimen
ta sua in uia.

Et cum appropinquaret iam ad descensum montis oliuet. ceperunt
omnis turba descendentium. gaudentes laudare dominum uoce mag
na. super omnibus quas uiderant uirtutibus. dicentes. Benedictus
qui uenit rex. in nomine domini. pax in celo & gloria in excelsis.

Et quidam pharisseorum de turbis. dixerunt ad illum. Magister: in
crepa discipulos tuos. Quibus ipse ait. Dico uobis. quia si hi
tacuerint. lapides clamabunt.

Et ut appropinquauit. uidens ciuitatem fleuit super illam dicens.
Quia si cognouisses & tu. & quidem in hac die tua. que ad
pacem tibi. nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia uenient
dies in te. & circumdabunt te inimici tui uallo. & circumda
bunt te: & coangustabunt te undique. Et ad terram prster
nent te. & filios tuos qui in te sunt.

Et non relinquent in te lapidem super lapidem. eo quod non cogno
ueris tempus uisitationis tue.

Et ingressus in templum. cepit eicere uendentes in illo & emen
tes. dicens illis. Scriptum est. quia domus mea domus orationis est.
Uos autem fecistis illam speluncam latronum.

Et erat docens. cotidie in templo. Principes autem sacerdotum
& scribe. & principes plebis. querebant illum perdere. Et non
inuenebant. quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus
erat. audiens illum.

Et factum est in una dierum docente illo populum in templo &
euangelizante. conuenerunt principes sacerdotum & scribe cum
senioribus. & aiunt dicentes ad illum. Die nobis. in qua poties
tate hoc facis. aut quis est qui dedit tibi hanc potestatem. Re
spondens autem. dixit ad illos. Interrogabo uos & ego unum

295

uerbū. respondere mihi. Baptismū iohannis. de celo erat
an ex hominibus. At illi cogitabant intē se dicentes. Quia
si dixerimus de celo. dicet. quare ergo nō credistis illi. Si
autē dixerimus ex hominibus. plebs uniuersa lapidabit nos.
Certi sunt enim. iohannē ppheta esse. Et responderunt
se nescire. unde erat. Et ait illis. Neq; ego dico uobis. in qua
potestate hec facio.

Cepit autē dicere ad plebē. parabolā hanc. Homo quidā
plantauit uineā. & locauit eā colonis. Et ipse peregre fuit.
multis temporib;. Et in tempore misit ad cultores seruū.
ut de fructu uineę darent illi. Qui caesū dimiserūt eum
inanē. Et addidit alterū seruū mittere. Illi autē hunc
quoq; cedentes. & afficientes contumelia dimiserūt inanem.
Et addidit tertiū mittere. qui & illū uulnerantes eiecerūt.
Dixit autē dnis uineę. Quid faciā. mittā filiū meū dilectū.
forsitan cū hunc uiderint uerebuntur. Quē cū uidissent
coloni. cogitauerūt intē se dicentes. Hic est heres. occidamus illū.
ut nra fiat hereditas. Et eiecerūt illū extra uineā. occiderunt.
Quid ergo faciet illis dominus uineę. Ueniet & pdet colonos
istos. & dabit uineā alis. Quo audito dixerūt illi. Absit. Ille

autem aspiciens eos ait. Quid est ergo hoc quod scriptum est. Lapidem
quem reprobauerunt edificantes. hic factus est in caput anguli. Om
nis qui ceciderit super illum lapidem. conquassabitur: Super quem
autem ceciderit. comminuet illum.

Et quærebant principes sacerdotum & scribæ mittere in illum
manus illa hora. & timuerunt populum. Cognouerunt enim quod ad
ipsos dixerit similitudinem istam.

ET OBSERUANTES

miserunt insidiatores qui se iustos simularent. ut ca
perent eum in sermone. & traderent illum principatui & potes
tati præsidis. Et interrogauerunt illum dicentes. Magister: scimus
quia recte dicis & doces. & non accipis personam. sed in ueritate
uiam dei doces. Licet nobis dare tributum cesari an non. Consi
derans autem dolum illorum. dixit ad eos. Quid me tentatis. Osten
dite mihi denarium. Cuius habet imaginem & inscriptionem. Re
spondentes. dixerunt. Caesaris. Et ait illis. Reddite ergo quæ
caesaris cesari & quæ dei deo. Et non potuerunt uerbum eius repre
hendere coram plebe. & mirati in responso eius tacuerunt. Acces
serunt autem sadduceorum quidam. qui negant esse resurrectionem.
Et interrogauerunt eum dicentes. Magister: moyses scripsit no

bis. si frē alicuius mortuus fuerit habens uxorē. & hic sine filius fu
erit. ut accipiat eā frē eius uxorē. & suscitet sem̄ frī suo. Septē
ergo frēs erant. & primus accepit uxorē. & mortuus ē sine
filius. Et sequens accepit illā. & ipse mortuus ē sine filio. Et
tertius accepit illā. similit & omes septē. & n̄ reliquer̄ sem̄
& mortui sunt. Nouissima omnium. mortua ē & mulier.
In resurrectione ergo. cuius eorū erit uxor. Siquidem
septē habuer̄ eā uxorē. Et ait illis ihs. Filii huius seculi
nubunt. & tradunt̄ ad nupcias. Illi uero qui digni habebun
tur seculo illo & resurrectione ex mortuis. neq; nubunt. neq;
ducunt uxores. neq; enim ultra mori poter̄. Aequales
enim angelis sunt. & filii sunt dei. cū sint filii resurrectionis.
quia uero resurgant mortui. & moyses ostendit secus rubū.
sicut dicit. Onm̄ dm̄ abrahā. & dm̄ isaac. & dm̄ iacob. Os
aut̄. non ē mortuorū sed uiuorū. omes enim uiuunt ei.
Respondentes aut̄ quidā scribarū. dixer̄. Magister bene
dixisti. Et amplius n̄ audebant eū quequā interrogare.
erit aut̄ ad illos. Quomodo dicunt xpm̄ filiū dauid ēe. &
ipse dauid dicit in libro psalmorū. Dixit dnis dno meo. sede
a dexteris meis. donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuo.

Quid ergo dm illū uocat. & quomodo filius eius est.

Audiente autē omī pplo. dixit discipulis suis. Attendite a scribis qui uolunt ambulare in stolis. & amant salutationes in foro. & primas cathedras in synagogis. & primos discubitus in conuiuiis.

Qui deuorant domos uiduarū. simulantes longā orationem. hi accipient damnationē maiorē. Respiciens autē uidit eos qui mittebant munera sua in gazofilacium diuites. Uidit autē & quandā uiduā paupercula. mittentē aera minuta duo & dixit. Uere dico uobis. quia uidua hec paup plusquā omīes misit. Nam omīes hi ex abundanti sibi. miserunt in munera dei. Hec autē ex eo qd deest illi omnē uictū suū. quē habuit misit.

Et quibusdā dicentib; de templo. qd lapidib; bonis. & donis ornatū est dixit. Hec quę uidetis. uenient dies in quib; ñ relinquet lapis sup lapidē qui ñ destruatur.

Interrogauerūt autē illū dicentes. Preceptor. quando hec erunt. & quod signū cū fieri incipient. Qui dixit. Uidete ne seducamini. Multi enim uenient in nomine meo dicentes. quia ego sū. & tempus appinquabit. Nolite ergo

ire post illos. Cum autem audieritis plia & seditiones. nolite
terreri. Oportet primum hec fieri. sed n̄ dū statim finis.
Tunc dicebat illis. Surget gens contra gentem. & regnū ad
uersus regnū. & terre motus magni erunt p loca. & pestilen
tie & fames. terroresq; de celo & signa magna erunt.
Sed ante hec oma mittent uobis manus suas & persequent.
tradentes in synagogas & custodias. trahentes ad reges &
p̄sides. ppter nomen meum. Continget autem uob in testimonium.
Ponite ergo in cordib; uris n̄ premeditari. quēadmodum
respondeatis. Ego enim dabo uobis os & sapientiam. cui n̄
poterūt resistere & contradicere omnes aduersarii uri. Tra
demini autem a parentib; & frib; & cognatis & amicis. & mor
te afficient ex uobis. Et eritis odio omnibus. ppter nomen meum.
Et capillus de capite uro n̄ peribit. In patientia ura
possidebitis animas uras.
Cum autem videritis circumdari hierusalem ab exercitu.
tunc scitote quia appinquabit desolatio eius.
Tunc qui in iudea sint fugiant in montes. & qui in medio eius
discedant. & qui in regionib; n̄ intrent in ea. Quia dies
ultionis hi sunt. ut impleantur oma que scripta sunt.

Uae aut pregnantib; & nutrientib; in illis diebus.
Erit enim pressura magna sup terram. & ira populo huic.
Et cadent in ore gladii. & capti ducentur in omnes gentes. &
hierusalem calcabitur a gentibus. donec impleantur tempora nationum.
Et erunt signa in sole & luna & stellis. & in terris pressura gen
tium. prę confusione sonitus maris & fluctuum. Arescentib; ho
minib; pt̃ timore & expectatione. quę supuenient universo
orbi. Nam uirtutes cęlorum mouebuntur.
Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube. cum potestate
magna & maiestate. His autem fieri incipientibus. respicite
& leuate capita uestra. quoniam appropinquat redemptio uestra. Et
dixit illis similitudinem. Uidete ficulneam & omnes arbores cum
pducunt iam ex se fructum. scitis quoniam ppe est aestas. Ita & uos cum
uideritis hęc fieri. scitote quoniam ppe est regnum dei. Amen dico
uobis. quia non preteribit generatio hęc. donec omnia fiant.
Cęlum & terra transibunt. uerba autem mea. non transibunt.
Attendite autem uobis. ne forte grauentur corda uestra in crapu
la & ebrietate. & curis huius uitę. & supueniat in uos repen
tina dies illa. Tamquam laqueus enim supueniet in omnes. qui
sedent sup faciem omnis terrę. Uigilate itaq; omni tempore

omnes. ut digni habeamini fugere ista omia quę future
sunt. & stare ante filiū hominis. Erat aut̄ diebus docens in
templo. noctibus uero exiens morabat̄ in monte qui uocat̄
oliueti. Et omis ppls manicabat ad eū in tēplo audire eū.
Appinquabat aut̄ dies festus azimorū qui dicit̄ pascha.

ET QVEREBANT

principes sacerdotū & scribę quomodo eū interficerent.

timebant uero plebē.

Introiuit aut̄ sathanas in iudā qui cognominabat̄ scariothi
unū de duodecim.

Et abiit & locutus est cū principibus sacerdotū & magistra
tibus quomodo illū traderet eis. Et gauisi sunt & pacti sunt
pecuniā illi dare. Et spopondit. Et querebat oportu
nitatē ut traderet illū sine turbis. Venit aut̄ dies
azimorū in qua necesse erat occidi pascha. & misit pe
trū & iohannē dicens. Euntes parate nobis pascha ut
manducemus. At illi dixerūt. Ubi uis paremus. Et dixit
ad eos. Ecce introeuntibus uobis in ciuitatē occurret
uobis homo amphorā aquę portans sequimini eū in
domū in quā intrat. & dicetis patri familias domus.

Dicet ubi magister. ubi ē diuersoriū. ubi pascha cum
discipulis meis manducē. Et ipse uobis ostendet cenacu
lum magnū stratū. & ibi parate. Euntes aūt inuenerūt
sicut dixerat illis. & parauerūt pascha. Et cū facta esset hora
discubuit. & duodecim apli cū eo.

Et ait illis. Desiderio desideraui hoc pascha manducare
uobiscū. ante quā patiar.

Dico enim uobis. quia ex hoc nō manducabo
illud. donec impleat in regno dei. Et accepto calice
grās egit & dixit. Accipite & diuidite inter uos. Dico
enim uobis. qd nō bibā de generatione uitis. donec
regnū dei ueniat.

Et accepto calice grās egit & fregit. & dedit eis dicens.
Hoc est corpus meū. qd pro uobis datur. hoc facite in meam
commemorationē.

Similiter & calicē postquā cenauit dicens. Hic est calix no
uum testamentum in sanguine meo. qui pro uobis fundetur.

Uerumtamen. ecce manus tradentis me. mecū est in mensa.
Et quidem filius hominis. secdm qd definitū est uadit. Ue
rumtamen. uae illi homini p quem tradetur.

Et ipsi ceperunt querere inter se quis esset ex eis qui hoc facturus esset.

Facta est autem & contentio inter eos. quis eorum videretur esse maior:

Dixit autem eis. Reges gentium dominantur eorum. & qui potestatem habent super eos benefici uocantur. Vos autem non sic. Sed qui maior est in uobis. fiat sicut iunior: Et qui precessor est. sicut ministrator.

Nam quis maior est qui recumbit. an qui ministrat. Nonne qui recumbit. Ego autem in medio uestrum sum. sicut qui ministrat. Uos autem estis. qui permansistis mecum in temptationib; meis. Et ego dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus regnum. ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. et sedeatis super thronos. iudicantes duodecim tribus israhel.

Ait autem dnus. Symon symon. ecce satanas expetiuit uos ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogauit pro te. ut non deficiat fides tua.

Et tu aliquando conuersus. confirma fratres tuos.

Qui dixit ei. Domine. tecum paratus sum. & in carcerem & in mortem ire. Et ille dixit. Dico tibi petre. non cantabit hodie gallus. donec ter abnegesset nosse me.

Et dixit eis. Quando misi uos sine sacculo & pera & calceis

mentis. numqd aliqd defuit uobis. At illi dixerūt. Nihil.
Dixit ergo eis. Sed nunc qui habet sacculū. tollat simiter &
perā. Et qui ñ habet. uendat tunicā suā & emat gladiū.
Dico enim uobis. quō adhuc hoc qd scriptū ē oportet imple
ri in me. & qd cū iniquis deputatus ē. Et enim ea quę
sunt de me. finē habent.
At illi dixerūt. Domine. ecce gladii duo hic. At ille dixit eis.
Sat est. Et egressus ibat secdm cōsuetudinē in montem
oliuarū. Secuti ſ. aut illū & discipuli.
Et cū peruenisset ad locū dixit illis. Orate ne intretis in tēptationē.
Et ipse auulsus ē ab eis. quantū iactus ē lapidis. Et positis gen
ibus. orabat dicens.
Pater. si uis transferre calicē istū a me. Verūtamen. ñ mea uo
luntas sed tua fiat.
Apparuit aut illi angelus de cęlo cōfortans eū. Et factus ago
nia. plixius orabat. Et factus ē sudor eius sicut guttę sangui
nis decurrentis in terram.
Et cū surrexisset ab oratione & uenisset ad discipulos suos. in
uenit eos dormientes pē tristitia. Et ait illis. Quid dormi
tis. Surgite orate. ne intretis in tēptationem.

Adhuc eo loquente.

ecce turba & qui uocabat̃ iudas unus de duodecim antecedebat
eos. & appinquauit ihũ ut oscularet̃ eum.

Ihs aut dixit illi. Iuda osculo filiũ hominis tradis.

Uidentes aut hi qui circa ipsũ erant qd futurũ erat. dixerũt ei.
Dne: si percutimus in gladio. Et percussit unus ex illis seruũ princi
pis sacerdotũ. & amputauit auriculã eius dexterã. Respondens
aut ihs ait. Sinite usq; hnc.

Et cũ tetigisset auriculã eius. sanauit eum.

Dixit aut ihs ad eos qui uenerant ad se principes sacerdotũ &
magistratus templi & seniores. Quasi ad latronẽ existis cũ
gladis & fustibus. cũ cotidie uobiscũ fuerim in templo. nõ
extendistis manus in me. Sed hec est hora ura. & potestas
tenebrarum.

Comprehendentes aut eũ. duxerũt ad domũ principis sacerdotũ.
Petrus uero sequebat̃ alonge. Accenso aut igne in medio atrio.
& circũsedentib; illis. erat petrus in medio eorũ. Quẽ cũ in
disset ancilla quedã sedentẽ ad lumẽ. & eũ fixisset intuita dixit.
Et hic cũ illo erat. At ille negauit eũ dicens. Mulier: non
noui illũ. Et post pusillũ alius uidens eũ dixit. Et tu

de illis es. Petrus uero ait. O homo ñ sum. Et mtuallo fac
to quasi horę unius. alius quidã affirmabat dicens. Uere.
et hic cũ illo erat. nã et galileus ẽ. Et ait petrus. homo. nes
cio quid dicis. Et continuo adhuc illo loquente cantauit
gallus. Et conuersus dñs respexit petrũ. Et recordat
ẽ petrus uerbi dñi sicut dixerat. quia priusquã gallus
cantet. ter me negabis. Et egressus petrus fleuit amare.

Et uiri qui tenebant illũ illudebant ei cędentes. Et uelauerũ
eũ et percutiebant faciẽ eius. et interrogabant eũ dicentes. Pro
phetiza. quis ẽ qui te percussit. Et alia multa blasphe
mantes. dicebant in eum.

Et ut factus ẽ dies. cũeneriũt seniores plebis. et principes
sacerdotũ et scribę. et duxeriũt illũ in conciliũ suũ dicentes.
Si tu es xpus. dic nobis.

Et ait illis. Si uobis dixero. ñ credetis mihi. Si aũt et ñ
rogauero. ñ respondebitis mihi. neq; dimittetis.

Ex hoc aũt. erit filius hominis sedens ad dexteris uirtutis di.

Dixeriũt aũt omes. Tu ergo es filius di. Qui ait. Uos dicitis.
quia ego sũ. Et illi dixeriũ. Quid adhuc desideramus
testimoniũ. Ipsi enim audiuimus de ore eius.

XXI.

154 307

et surgens omis multitudo eorū duxerūt illū ad pilatū.

Ceperunt autē illū accusare dicentes. Hunc inuenimus subuertentē gentē nrām. & prohibentē tributa dari cesari. & dicentē. se xpm regē esse.

Pilatus autē interrogauit eū dicens. Tu es rex iudeorum. At ille respondens ait. Tu dicis.

Et ait pilatus ad principes sacerdotū & turbas. Nihil inuenio cause in hoc homine.

At illi insistebant dicentes. Commouit ppm docens p uniuersā iudeā. & incipiens a galilea usq; huc. Pilatus autē audiens galileā. interrogauit si homo galileus esset. Et ut cognouit qd de herodis potestate esset. remisit eū ad herodē. Qui & ipse herosolimis erat illis diebus.

Herodes autē uiso ihū gauisus est ualde. Erat enim ex multo tempore cupiens uidere eū. eo qd audiret multa de illo. & sperabat signū aliqd uidere ab eo fieri. Interrogabat autē illū multis sermonib;. At ipse nihil illi respondebat.

Stabant autē principes sacerdotū & scribe. constanter accusantes eum.

Spreuit aut illum herodes cum exercitu suo. & inlusit induens
uestem alba. & remisit ad pilatum. Et facti sunt amici herodes
& pilatus in ipsa die. nam antea inimici erant adinuicem.

Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum & magistra
tibus & plebem. dixit ad illos. Obtulistis mihi hunc hominem
quasi auertentem populum. & ecce ego coram uobis interrogans.
nullam causam inuenio in homine isto. ex his in quibus eum
accusatis. Sed neque herodes. nam remisi uos ad illum. &
ecce nihil dignum morte actum est ei.

Emendatum ergo illum dimittam. Necesse autem habebat dimit
tere eis per diem festum unum.

Exclamauit autem simul uniuersa turba dicens. Tolle hunc.
& dimitte nobis barabban. Qui erat propter seditionem quandam
factam in ciuitate. & homicidium missus in carcerem.

Iterum autem pilatus locutus est ad illos. uolens dimittere iesum.
At illi succlamabant dicentes. Crucifige crucifige illum.

Ille autem tertio dixit ad illos. Quid enim malefecit iste.
Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum
& dimittam. At illi instabant uocibus magnis postulan
tes. ut crucifigeretur. & inualescebant uoces eorum.

Et pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum qui ppter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem quem petebant. Jesum uero tradidit uoluntati eorum. Et cum ducerent eum apprehenderunt simonem quendam cyrenensem uenientem de uilla. & imposuerunt illi crucem portare post iesum.

Sequebatur autem illum multa turba populi. & mulierum quae plangebant & lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas ihs dixit. Filiae hierlm. nolite flere super me. sed super uos ipsas flete. & super filios uros. Quoniam ecce uenient dies. in quibus dicent. Beatae steriles & uentres qui non genuerunt. & ubera quae non lactauerunt. Tunc incipient dicere montib; cadite super nos. & collib; operite nos. Quia si in uiridi ligno haec faciunt. in arido quid fiet.

Ducebantur autem & alii duo nequam cum eo. ut interficerentur. Et postquam uenerunt in locum qui uocatur caluarie. ibi crucifixerunt eum. Et latrones unum a dextris. & alterum a sinistris. Ihs autem dicebat. Pater. dimitte illis. non enim sciunt quid faciunt. iudicantes uero uestimenta eius miserunt sortes. Et stabat populus exspectans. Et deridebant illum principes cum eis di

cones. Alios saluos fecit. se saluũ faciat. si hic ē xp̄s dei electus.

Illudebant autem ei & milites accedentes & acetũ offerentes

illi dicebant. Si tu es rex iudeorũ. saluũ te fac.

Erat autem & superscriptio scripta sup illũ. literis grecis. &

latinis. & hebraicis. hic est rex iudeorũ.

Unus autem de his qui pendebant latronib; blasphemabat

eũ dicens. Si tu es xp̄s. saluũ fac temet ipsũ & nos.

Respondens autem alter increpabat illũ dicens. Neq; tu times dm̄. qd̄ in eadē damnatione es. & nos quidem iuste

nã digna factis recipim̄. hic uero nihil mali gessit. Et

dicebat ad iesũ. Dne. memento mei cũ ueneris in reg

nũ tuũ. Et dixit illi ihs. Amen dico tibi. hodie mecũ

eris in paradyso.

Erat autem fere hora sexta. & tenebre facte sunt in uniuer

sa terra. usq; in horã nonã. Et obscuratus est sol.

Et uelum templi scissum est medium.

Et clamans uoce magna ihs ait. Pater: in manus tuas

commendo spiritũ meũ. Et hec dicens expiruit.

Videns autem centurio qd̄ factũ erat glorificauit dm̄ di

cens. Vere. hic homo iustus erat.

Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud
& uidebant que fiebant. percutientes pectora sua reuertebantur:
Stabant autem omnes noti eius alonge. & mulieres
que secute erant eum a galilea. hec uidentes.
Et ecce uir nomine ioseph. qui erat de curio uir bonus &
iustus. hic non consenserat consilio & actibus eorum. ab arima
thea ciuitate iudee. qui expectabat & ipse regnum di
hic accessit ad pilatum. & petiit corpus ihu.
Et depositum inuolutum in sindone. & posuit eum in monumento
excisso. In quo non dum quisquam positus fuerat.
Et dies erat parasceue: & sabbatum inlucescebat. Subse
cute autem mulieres que cum ipso uenerant de galilea:
uiderunt monumentum. & quemadmodum positum erat corpus eius.
Et reuertentes parauerunt aromata & unguenta. &
sabbato siluerunt secundum mandatum.
Vna autem sabbati ualde diluculo. uenerunt ad monumentum
portantes que parauerant aromata. & inuenerunt
lapidem reuolutum a monumento. Et ingressae non inuenerunt
corpus domini iesu. Et factum est dum mente consternate
essent de isto. ecce duo uiri steterunt secus illas in uestes

fulgenti. Cum timerent autem & declinarent vul
tum in terram. dixerunt ad illas. Quid quaeritis viventem cum
mortuis. Non est hic sed surrexit. Recordamini
qualiter locutus est vobis cum adhuc in galilea esset dicens.
Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum pec
catorum. & crucifigi. & die tertia resurgere.

ET RECORDATAE SVNT
verborum eius. & regressae a monumento. nuntiaverunt hae
omnia illis undecim. & ceteris omnibus.

Erat autem maria magdalena & iohanna. & maria iacobi.
& ceteraeque quae cum eis erant quae dicebant ad apostolos haec.
Et visa est ante illos sicut deliramenta verba ista. & non crede
bant illis. Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum.
& procumbens vidit linteamina sola posita: Et abiit secum
mirans. quod factum fuerat. Et ecce duo ex illis ibant ipsa
die in castellum quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab
hierusalem nomine emmaus. Et ipsi loquebantur ad invicem
de his omnibus quae acciderunt. Et factum est dum fabularentur
& secum quererent. & ipse iesus appropinquans ibat cum illis.
Oculi autem illorum tenebantur. ne eum agnoscerent. Et ait

ad illos. Qui sunt hi sermones quos cferitis adinuicē. ambulantes & estis tristes. Et respondens unus cui nomen cleopas. dixit ei. Tu solus peregrinus es in hierusalē. & ñ cognouisti quę facta s in illa his diebus. Quib; ille dixit. Quę. Et dixerunt. De ihu nazareno. qui fuit uir pphēta potens in opere & sermone coram dō & omni populo. Et quomodo eum tradiderūt summi sacerdotes & principes nri in damnationē mortis. & crucifixerūt eum. Nos autē sperabam quia ipse est redempturus israel. Et nunc sup hęc omia tertia dies est hodie. qd hęc facta s. Sed & mulieres quędā ex nris terruerūt nos. quę ante lucē fuerūt ad monumentū. & ñ inuento corpore eius uenerūt dicentes se etiā uisionē angelorū uidisse. qui dicunt eum uiuere. Et abierunt quidā ex nris ad monumentū. & ita inuenerūt sicut mulieres dixerūt. ipsum uero ñ inuenerūt. Et ipse dixit ad eos. O stulti & tardi corde ad credendū. in omib; quę locuti s pphetę. Nonne hęc oportuit pati xpm. & ita intrare in gloriā suā. Et incipiens a moyse & omibus pphetis interpretabat illis in omib; scripturis quę de ipso erant. Et appropinquauerūt castello quo ibant. &

ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illum dicentes: Ma
ne nobiscum quoniam advesperascit. et inclinata est iam dies.
Et intravit cum illis. Et factum est dum recumberet cum illis.
accepit panem. et benedixit. ac fregit. et porrigebat illis.
Et aperti sunt oculi eorum. et cognoverunt eum. Et ipse evanuit ex
oculis eorum. Et dixerunt ad invicem. Nonne cor nrm ar
dens erat in nobis dum loqueretur in via. et aperiret nobis
scripturas. Et surgentes eadem hora. regressi sunt in hierlim
et invenerunt congregatos undecim. et eos qui cum ipsis erant
dicentes. Quod surrexit dnus vere. et apparuit Symoni.
Et ipsi narrabant que gesta erant in via. et quomo
do cognoverunt eum in fractione panis.

Cum hec autem loquuntur. ihs stetit in medio eorum. et dicit
eis. Pax vobis. Ego sum. nolite timere. Conturbati vero
et conterriti. existimabant se spm videre. Et dixit
eis. Quid turbati estis. et cogitationes ascendunt in cor
da vra. Videte manus meas et pedes. quia ipse ego sum.
Palpate et videte. quia spus carnem et ossa non habet. sicut
me videtis habere. Et cum hoc dixisset. ostendit eis
manus et pedes. Adhuc autem illis non credentib; et

mirantibus p̄ gaudio dixit. Habetis hic aliqd qd̄ man
ducetur? At illi obtulerūt ei partē piscis assi. & fauū
mellis. Et cū manducasset coram eis. sumens reliquias
dedit eis. Et dixit ad eos. Hec s̄ uerba quę locutus
sū ad uos. cū adhuc cēm uobiscū. Quō necesse ē ūmple
ri oīa quę scripta s̄ in lege moysi & ꝓphetis. & psalmis
de me. Tunc aperuit illis sensū. ut intellegerent scrip
turas. Et dixit eis. Quō sic scriptū ē. & sic oportebat
xp̄m pati. & resurgere a mortuis die tertia. Et p̄
dicari in nomine eī. pēnitentiā & remissionē peccato
rū. in oīs gentes. Incipiens ab hierosolima. uos aūt es
tis testes horū. Et ego mitā ꝓmissū patris mei in uos.
uos aūt sedete in ciuitate. quoadusq; induamini uirtute
ex alto. Eduxit aūt eos foras in bethaniā. & eleuatis
manib; suis benedixit eis. Et factū est dū benediceret
illis. recessit ab eis. & ferebatur in cēlū. Et ipsi adorā
tes. regressi sunt in hierlm cū gaudio magno. Et
erant semp in templo laudantes. & benedicentes dm̄.

HIC EST iohannes euangelista unus ex discipulis
ihu. qui uirgo electus a dō est. quē de nupcis nolentē
nubere uocauit dns. cui uirginitatis in hoc duplex testimonium
in euangelio datur. qd ex p̄ ceteris dilectus a dō dr̄. Et hunc ma
tri sua de cruce commendauit dns. ut uirgo uirginē seruaret.
Denq: manifestans in euangelio qd erat ipse incorruptibi
lis uerbi opus inchoans salus. uerbū carnē factū esse. nec lum
a tenebris cōprehensū fuisse testatur. Primū signū ponens qd
in nupcis fecit dns. ut ostendens qd erat legemlatori demon
straret. Quod ubi dns mutatis deficere nupciarū omū
debeat. ut ex ueteribus innouatis noua omia quē a xpo in
stituunt apparent. Hoc autē euangeliū scripsit in asia.
postqua in pathmos insula apocalypsin scripserat. Ut cui
in principio canonis incorruptibile principiū in genesi.
etiam incorruptibilis finis p uirgine in apocalypsi redde
ret. dicente xpo. Ego sū. A. et. ω. Et hic est iohannes
qui sciens supuenisse die recessus sui. conuocatis discipulis
suis in epheso p multa signorū experimēta pmens xpm.
Descendens in defossū sepulcrē suē locū. facta oratione po
situs est ad patres suos. tam extraneus a dolore mortis quā

a corruptione carnis inuenitur alienus. Tam post omis euangeliu scripsit. & hoc uirgim debebat. Quoru tam t scriptoru tempore dispositio t librorum ordinatio. Ideo p singula nobis n exponit ut sicuti desiderio ē locato. & querentib; fructus laboris. & di magisterio docti na seruetur. AMEN.

Pharisei leuitę interrogant iohanne. Loti dim uidens agnu oi die. Et andreas petro die inuenimus messiam.

Iis ad cenā de aqua uinu fce. de tēplo nūmolarios eicit. Solute tēplu hoc dicens. nichodemo loqt de baptismo.

Iis in iudea baptizat & iohis in enon quiq; die xpm crescere

Iis cu muliere samaritana loqt. ;pphetā [sse aut ignorari. in patria sua sine honore ee die. & reguli filiu amore suscitat.

Apud natiuitā bethsaidā. xxxv & octo annos. infirmitate ho mis sanat. ac die scrutamini scripturas. & si crederetis m

credereris forsitan & m. /discip unu ex xii. diabolu dicit.

De. v. panib; & ii. piscib; & qd eu rege facere uoluerit. Ihs sup mare ambulat. & de manna loqt. ac recedentib; ab eo conophegia. Ihs medio die festo ascendens in tēplu doce

Multis etiam de turba credentib; idem clamat. Siqs sitit veniat

Ihs interrogatus. principium se esse respondit. [Et bibat

qd omnis peccator servus sit. & qd ihs ante abraham sit.

De vanna & ovili p dedicationem deambulans in templo. se & pa

trem unum esse dic. De Lazari resurrectione.

Maria pedes ihu ungit. & capillis suis tersit. Ius sup asinum

sedit. Et volentib; gracis videre ihm Loqt de grano frum

ti qd in terram mittit. Et vox de celo ad ihm.

Pedes discipulos lavat. De iude traditione. & petri negatio

ne pdicit. & de dilectione frm. & qd ipse in patre & pat in

De vinea & palmitib; & de dilectione & de [ipso est.

pmissione paracliti. & oma patris sua esse.

Ihs discipulos patri commendat. Ius a iuda tradit. Allo

quio pilati ad iudeos. De ihu & de barabba.

Passio ihu & sepultura & resurrectio eius. AMEN.

PRIN
CIPIO
ERAT UERBV

ET VERBŪ ERAT APUD

dm̄. & ds̄ erat uerbū. Hoc erat inprincipio apud

dm̄. omia ipsum facta sunt. & sine ipso factū est

nihil. Qd factū ē in ipso uita erat. & uita erat lux

hominū. Et lux in tenebris lucet. & tenebre eā non

conprehenderunt.

d u.
F vu
L vi.

Fuit homo missus a dō. cui nom̄ iohannes erat. Hic ue

nit in testimoniū ut testimoniū phiberet de lumi

ne. ut omes crederent p illū. Non erat ille lux. sed ut

testimoniū phiberet de lumine.

d iii.
F i.
L xiiii.

Erat lux uera. que illuminat omnē hominē uenientē

in mundū. In mundo erat. & mundus ipsū factus

ē. & mundus eū non cognouit.

d iii
sot

In ppria uenit. & sui eū non receperunt. Quotquot

autē receperunt eū dedit eis potestatē filios dei fieri

his qui credunt in nomine eius. Qui non ex sangui

nib neq: ex uoluntate carnis neq: ex uoluntate uiri.

sed ex dō nati sunt

d v.
F i.
L iiii.

Et uerbū caro factū est. & habitauit in nobis. Et uidi

mus gl̄iam eius. gl̄iam quasi unigeniti a patre.

Plenū gratiē & ueritatis.

Iohannes testimoniū phibet de ipso. & clamabat di
cens. Hic ē quē dixi. qui post me uenturus est ante
te me factus ē. quia prior me erat.

Et de plenitudine eius nos omes accepimus grām pro grā
Quia lex p moysen data ē. grā & ueritas p ihūm xpūm facta ē.
ūm nemo uidit unquā. Unigenitus filius qui est
in sinu patris ipse enarrauit.

Et hoc est testi
moniū iohannis quando miserūt iudei ab hierosoli
mis sacerdotes & leuitas. ad eū ut interrogarent eum.
Tu quis es? Et cōfessus ē & nō negauit. Et cōfessus ē.
quia nō sū ego xpc. Et interrogauerūt eū. Quid ergo
helias es tu? Et dixit. Non sum. Propheta es tu?
Et respondit. Non. Dixerūt ergo ei. Quis es ut re
sponsū demus his qui miserūt nos? Quid dicis de ipso?
Ait. Ego uox clamantis in deserto. dirigite uiā
dni sicē dixit esaias pphēta.

Et qui missi fuerant erant ex phariseis. & interroga
uerunt eū. & dixerūt ei. Quid ergo baptizas si tu

non es xp̄c neq: helias neq: ꝓpheta. Respondit eis
iohannes dicens.

Ego baptizo in aqua. medius autem vestrum stetit. quem vos
non scitis. Ipse est qui post me venturus est cuius
te me factus est. Cuius ego non sum dignus. ut solvam
eius corrigiam calciamenti.

Hec in bethania facta sunt trans iordanen ubi erat io
hannes baptizans. Altera die vidit iohannes ihm
venientem ad se & ait. Ecce agnus dei ecce qui tollit
peccata mundi.

Hic est de quo dixi. Post me venit vir qui ante me
factus est. quia prior me erat & ego nesciebam eum
sed ut manifestetur israel. Propterea veni ego
in aqua baptizans.

Et testimonium phibuit iohannes dicens. Quia vidi
spm descendentem quasi columbam de celo. & mansit
sup eum. & ego nesciebam eum. Sed qui misit me bapti
zare in aqua ille mihi dixit. Sup quem videris spm
descendentem & manentem sup eum. hic est qui baptizat
in spu sco. Et ego vidi & testimonium phibui quia

hic ē filius dī

Altera die iterū stabat iohannes & ex discipulis eī duo.
Et respiciens ihm ambulantē dicit. Ecce agnus
dī. Et audierūt eū duo discipuli loquentē & secuti
sunt ihm. Conuersus aūt ihc. & uidens eos sequentes
se dicit eis. Quid quaritis. qui dixerūt ei. Rabbi. qd
dicitur interpretatū magister ubi habitas. Dicit eis.
Venite & uidete. Uenerūt & uiderūt ubi maneret. Et
apud eū mansērūt die illo. hora aūt erat quasi deci
ma. Erat aūt andreas frēr symonis petri unus ex duob'
qui audierant ab iohanne. & secuti fuerant eum.
Inuenit hic primū frēm suū symonē & dicit ei. Inue
uenimus messiā qd ē interpretatū xpc. Et adduxit
eū ad ihm. Intuitus aūt eū ihc dixit. Tues symon filius
iohanna tu uocaberis cephas qd interpretatur petrus.
In crastinū aūt uoluit exire in galileā & inuenit phi
lippū. & dicit ei ihc. Sequere me. Erat aūt philippus
a bethsaida ciuitate andree & petri. Inuenit philip
pus nathanahel & dicit ei. Quē scripsit moyses in le
ge & ꝓphete. Inuenimus ihm filiū ioseph a nazareth

Et dixit ei nathanahel. A nazareth potest aliqd boni esse?
Dicit ei philippus. Veni & uide. Vidit ihs nathana
hel uenientem ad se & ait. Ecce uere israelita in quo
dolus non est. Dicit ei nathanahel. Unde me nosti?
Respondit ihs & dixit ei. Priusquam te philippus uoca
ret cum esses sub ficu uidi te. Respondit ei nathanahel
& ait. Rabbi tues filius dei tues rex israel. Respondit
ihs & dixit ei. Quia dixi tibi uidisse te sub ficu. credis
maius his uidebis. & dicit ei. Amen amen dico uob.
Uidebitis celum apertum. & angelos dei ascendentes. et
descendentes super filium hominis.

Et die tertio nup
tie facte sunt in cana galilee. & erat mater ihu ibi. Uo
catus est autem ihs & discipuli eius ad nuptias. Et deficien
te uino. dicit mater ihu ad eum. Uinum non habent. Et dicit
ei ihs. Quid mihi & tibi est mulier? nondum uenit hora
mea. Dicit mater eius ministris. Quod cumque dixerit uobis
facite. Erant autem ibi lapidee ydrie sex poste secdm
purificationem iudeorum capientes singule metretas
binas uel ternas. Dicit eis ihs. Implete hydrias

aqua. & impleuerũt eas usq; ad sumũ. Et dicit eis ihs hau
rite nũc. & ferte architriclino. Et tulerũt. Vt autẽ gus
tauit architriclinus aquã uinũ facta & nõ sciebat un
de est. Ministri autẽ sciebant. qui hauriebant aquã
Vocat sponsũ architriclinus. & dicit ei. Omis homo
primũ bonũ uinũ ponit. Et cũ inebriati fuerint.
tũc id qd deterius est. Tu autẽ seruasti uinũ bonũ usq;
adhuc. Hoc fecit initiũ signorũ ihs in cana galilee
& manifestauit glam suã. Et crediderũt in eũ
discipuli eius.

Post hoc descendit in capharnaũ. ipse & mat eius
& fres eius & discipuli eius & ibi manserũt nõ multis diebus.
Et ppe erat pascha iudeorũ & ascendit hierosolimã ihs.
Et inuenit in tẽplo ihs uendentes boues & oues & co
lũbas & nũmolarios sedentes. Et cũ fecisset quasi
flagellũ de funiculis. omes eiecit de templo. Oues
quoq; & boues. & nũmolariorũ effudit es & mensas
subuertit. Et his qui colũbas uendebant dixit. Au
ferte ista hinc. nolite facere domũ patris mei do
mũ negotiationis.

Recordati sunt uero discipuli eius quia scriptum est: Zelus domus
tue comedit me.
Responderunt ergo iudei & dixerunt ei. Quod signum ostendis no
bis quia hec facis?
Respondit ihs & dixit eis. Soluite templum hoc. & uitribus
diebus excitabo illud. Dixerunt ergo iudei. Quadraginta
& sex annis edificatum est templum hoc. & tu tribus diebus ex
citabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui.
Cum ergo surrexisset a mortuis. recordati sunt discipuli
eius. quia hoc dicebat & crediderunt scripture & sermo
ni quem dixit ihs. Cum autem esset hierosolimis in pascha
in die festo multi crediderunt in nomine eius. uidentes
signa que faciebat. Ipse autem ihs non credebat semetip
sum eis. eo quod ipse nosset omnes. Et quia opus ei non erat
ut quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim
sciebat quid esset in homine.
Erat autem homo ex phariseis nicodemus nomine prin
ceps iudeorum. Hic uenit ad ihm nocte. & dixit ei. Rab
bi scimus quia a deo uenisti magister. Nemo enim potest
hec signa facere que tu facis. nisi fuerit ds cum eo.

Respondit ihe. & dixit ei. Amen amen dico tibi. nisi quis
natus fuerit denuo. ñ potest uidere regnũ dei. Dicit ad
eũ nichodemus. Quomodo potest homo nasci cũ sit senex.
Nuqd potest iniuentrem matris suę iterato introire. &
nasci. Respondit ihe. Amen amen dico tibi. nisi quis
renatus fuerit ex aqua & spũ sco. ñ potest introire in reg
nũ dei. Qd natũ est de carne: caro est. & qd natũ est ex spũ
sps est. Non mireris quia dixi tibi oportet uos nasci
denuo. Sps ubi uult spirat. & uocem eius audis. sed ñ scis
unde uenit. & quo uadit. Sic est omis qui natus est ex spũ
Respondit nichodemus & dixit ei. Quomodo possunt
hęc fieri. Respondit ihe & dixit ei. Tues magister in
isrl. & hęc ignoras. Amen am dico tibi. quia qd sci
mus loquim. & qd uidimus testam. & testimoniũ nrm
ñ accipitis. Si terrena dixi uob & ñ creditis. quomodo
si dixero uob ęcelestia credetis. Dico enim uob. nemo
ascendit in ęclũ nisi qui de ęclo descendit filius homi
nis qui est in ęclo. Et sicut moyses exaltauit serpentem in
deserto. ita exaltari oportet filiũ hominis. Ut omis
qui credit in ipsũ ñ pereat sed habeat uitam ęternam.

Sic enim dilexit ds mundum ut filium suum unigenitum daret: ut
omnis qui credit in ipsum non pereat sed habeat uitam eternam
Non enim misit ds filium suum in mundum: ut iudicet mundum
sed ut saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum non iudicatur.
Qui autem non credit iam iudicatus est. quia non credidit in no
mine unigeniti filii di. Hoc est autem iudicium. quia lux ue
nit in mundum. & dilexerunt homines magis tenebras quam
lucem. Erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui male
agit odit lucem. Et non uenit ad lucem. ut non arguantur ope
ra eius. Qui autem facit ueritatem. uenit ad lucem. ut manifesten
tur eius opera. quia in do sunt facta.

POST HEC UENIT
ihesus & discipuli eius in iudeam terram & illic demorabatur
cum eis & baptizabat.

Erat autem iohannes baptizans in enon iuxta salim quia
aque multe erant illic. & ueniebant & baptizabantur a eo.

Nondum enim missus fuerat in carcerem iohannes.

Facta est questio ex discipulis iohannis cum iudeis de
purificatione. Et uenerunt ad iohannem. & dixerunt ei.
Rabbi. qui erat tecum trans iordanem. cui tu testi

331

monstrū phibuisti. Ecce hic baptizat. & omes uenium ad
eū. Respondit iohannes & dixit. Non potest homo accipe
re quicquā. nisi fuerit ei datū de celo.

Ipsi uos mihi testimoniū phiberis qd dixerim ego nō sū
xpc. sed quia missus sū ante illū

Qui habet sponsā sponsus est. Amicus aut sponsi qui stat
& audit eū. gaudio gaudet ppter uocē sponsi. Hoc ergo
gaudiū meū impletū est. Illū oportet crescere me aut
minui. Qui de sursū uenit sup omes est. Qui est de terra
de terra est. & de terra loquit. Qui de celo uenit sup
omes est. & qd uidit & audiuit. hoc testat. & testimoniū
eī nemo accipit. Qui eī accipit testimoniū signauit
quia ds uerax est. Quē enī misit ds uerba dī loquitur:
Non enī ad mensurā dat ds spm.

Pater diligit filiū & omia dedit in manu eius.
Qui credit in filiū dī habet uitā aetnā. Qui aut incre
dulus est filio. nō uidebit uitā. sed ira dī manet sup eū.

Ut ergo cognouit ihc quia audierunt pharisei qd
ihc plures discipulos facit & baptizat quā iohan
nes. Quāquā ihc nō baptizaret sed discipuli eius.

Reliquit iudeam & abiit iterum in galileam.

Oportebat autem eum transire per samariam. venit ergo in ciui
tatem samarie que dicitur sichar iuxta predium quod dedit ia
cob ioseph filio suo. Erat autem ibi fons iacob. Ihesus ergo
fatigatus ex itinere. sedebat sic super fontem. hora erat
quasi sexta. Venit mulier de samaria haurire aquam.
Dicit ei ihesus. Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant
in ciuitatem ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa
samaritana. Quomodo tu iudeus cum sis bibere a me
poscis que sum mulier samaritana? Non enim conuentur
iudei samaritanis. Respondit ihesus & dixit ei. Si scires do
num dei. & quis est qui dicit tibi da mihi bibere tu forsi
tan petisses a eo. & dedisset tibi aquam uiuam. Dicit ei
mulier: Domine. neque in quo hauriet habes & puteus al
tus est. Unde ergo habes aquam uiuam? Numquid tu maior
es patre nostro iacob qui dedit nobis puteum & ipse ex eo
bibit & filii eius & pecora eius. Respondit ihesus & dixit ei.
Omnis qui bibit ex aqua hac sitiet iterum. Quicumque bibe
rit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in eternum. Sed
aqua quam dabo ego ei fiet in eo fons aque salientis

in uitã aeternã. Dic adeũ mulier: Dne. da mihi hanc
aquã ut non sitiã. neq: uenã huc haurire. Dicit ei ihc.
Uade uoca uirũ tuũ. & uenl huc. Respondit mulier
& dix. Non habeo uirũ. Dic ei ihc. Bene dixisti. quia
n̄ habeo uirũ. Quinq: enĩ uiros habuisti. & nc̄ quẽ ha
bes n̄ e tuus uir: hoc uere dixisti. Dic ei mulier: Dne.
ut uideo, pphta es tu. patres nri in monte hoc ado
rauerunt. Et uos dicitis. quia hierosolimis e locus
ubi adorare oportet. Dic ei ihc. Mulier: crede mihi.
quia uenit hora. quando neq: in monte hoc neq: in
hierosolimis adorabitis patre. Uos adoratis qd nesci
tis. nos adoramus qd scimus. quia salus ex iudeis est.
Sed uenit hora. & nc̄ e quando ueri adoratores ado
rabunt patre in spũ & ueritate: Na & pr̄ tales que
rit qui adorent eũ. sps e ds. & eos qui adorent eũ.
in spũ & ueritate oportet adorare. Dic ei mulier:
Scio quia messias uenit. qui dicit̄ xpc. Cũ ergo ue
nerit ille. nob̄ adnuntiabit oma. Dic ei ihc. Ego sũ
qui loquor tecũ. Et ĕtinuo uenerũt discipuli ei. & mi
rabant̄ quia cũ muliere loquebat̄. Nemo tamen dix

qd queris aut qd loqueris cũ ea? Reliquit ergo hy
oriã suã mulier: & abiit in ciuitatẽ & dicit illis homi
nibus. Venite & uidete hominẽ qui dixit mihi omia
quecuq: feci. Nũqd ipse ẽ xpc? Exierũt de ciuitate
& ueniebant ad eũ. Interea rogabant eũ discipuli ei
Rabbi manduca. Ille autẽ dixit eis. Ego cibũ habeo
manducare: quẽ uos nesciti. Dicebant ergo dis
cipuli ad inuicẽ. Nũqd aliquis attulit ei manduca
re? Dicit eis ihc. Meus cibus ẽ ut faciã uoluntatẽ
eius qui misit me. ut pficiã opus eius. Nonne uos dicitis
qd adhuc quatuor menses sũt & messis uenit? Ecce
dico uob. Leuate oculos uros & uidete regiones
quia albe sũt iã ad messẽ. Et qui metit mercedẽ ac
cipit. & cõgregat fructũ in uitã eternã. Vt & qui
seminat simul gaudeat & qui metit. In hoc enim ẽ
uerbũ uerũ. quia alius ẽ qui seminat. & alius ẽ qui
metit. Ego misi uos metere qd uos nõ laborastis.
Alii laborauerũt. & uos in labores eorũ introistis. Ex
ciuitate autẽ illa multi crediderũt in eũ samaritanor
ppter uerbũ mulieris testimoniũ phibentis. quia

XXIII.

335

dixit mihi omia quecuq; fecit. Cũ uenissent ergo ad
illũ samaritani. rogauerunt eũ ut ibi maneret. Et
mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderũ
ppt̃ sermonẽ eius. Et mulieri dicebant. Quia iam nõ
ppt̃ tuã loquelã credimus. Ipsi enim audiuimus
& scimus quia hic est uere saluator mundi.

Post duos autem dies exiit inde & abiit in galileam.

Ipse enim ihs testimonium phibuit quia ppheta in patria
sua honorẽ nõ habet.

Cũ ergo uenisset in galileã excepert̃ eũ galilei. Cũ omia
uidissent que fecerat hierosolimis in die festo. & ipsi
uenerant ad diẽ festũ. Uenit ergo iterũ in chanan
galileã ubi fecit aquã & uinũ.

Erat quidã regulus cuius filius infirmabatur
capharnaũ. Hic cũ audisset quia ihs aduenisset
a iudea in galileã abiit ad eũ & rogabat ut descen
deret & sanaret filiũ eius. Incipiebat enim mori.

Dixit ergo ihs ad eũ. Nisi signa & ꝓdigia uideritis
nõ creditis. Dicit ad eũ regulus. Dñe. descende prius
quã moriatur filius mus. Dicit ei ihs. Uade: fili

us tuus uiuit. credidit homo sermoni quem dixerat ihe.
& ibat. Iam autem eo descendente serui occurrerunt ei
& nuntiauerunt dicentes quia filius eius uiueret. Interro
gabat ergo horam in qua melius habuerat. Et dixerunt
ei. Quia heri septima hora reliquit eum febris. Cog
nouit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit ihe
filius tuus uiuit. Et credidit ipse & domus eius tota.

HOC ITERUM SECUNDUM

signum fecit ihe cum uenisset iudea in galileam.

Post hec. Erat dies festus iudeorum & ascendit ihe
hierosolimam. Est autem hierosolimis super pbatica pis
cina que cognominatur hebraice bethsaida quinq;
porticus habens. In his iacebat multitudo magna
languentium cecorum claudorum aridorum expectantium
aquam motum. Angelus autem domini descendebat secun
tempus in piscinam & mouebatur aqua. Et qui prior
descendisset in piscinam post motionem aquam sanus
fiebat a quacumq; tenebatur infirmitate. Erat autem
quidam homo ibi xxxviii annos habens in infir
mitate sua. Hunc cum uidisset ihe iacentem & cog

nouisset quia iam multum tempus haberet. Dicit eis ihe.
Uis sanus fieri? Respondit ei languidus. Domine ho
minem non habeo. ut cum turbata fuerit aqua mittat
me in piscinam. Dum uenio enim ego ante me alius des
cendit. Dicit eis ihe. Surge tolle grabatum tuum & am
bula. Et statim sanus factus est homo. & sustulit grabat
tum suum & ambulabat. Erat autem sabbatum in illa die.
Dicebant ergo iudei illi qui sanus fuerat. Sabbatum
est non licet tibi tollere grabatum tuum.
Respondit eis. Qui me sanum fecit ille mihi dixit tolle
grabatum tuum & ambula. Interrogauerunt ergo eum quis
est ille homo qui dixit tibi. Tolle grabatum tuum & am
bula? Is autem qui sanus fuerat effectus nesciebat quis
esset. Ihe autem declinauit turba existente in loco. Postea
inuenit eum ihe in templo & dixit illi. Ecce sanus factus
es. iam noli peccare. ne deterius tibi aliqd contingat.
Abiit ille homo & nuntiauit iudeis. quia ihe est qui
fecit eum sanum. Propter hoc persequebantur eum iudei. quia
faciebat hec in sabbato. Ihe autem respondit eis. Pater
meus usq: nunc operatur & ego operor. Propter ergo ma

gis querebant eū iudei interficere quia nō solū
soluebat sabbatū. sed & patrē suū dicebat dm̄
equalē se facienS dō. Respondit ergo ihc & dixit eis.
Am̄ am̄ dico uob. nō potest filius a se facere quicquā
nisi qd̄ uiderit patrē facientē. Quecūq: enī ille
fecerit. hec similiter & filius fac. Pat enī diligit
filiū & omia demonstrat ei quē ipse facit. Et ma
iora demonstrabit ei opera ut uos miremini.
Sicut enī pat suscitat mortuos & uiuificat. sic et
filius quos uult uiuificat. Neq: enī pat iudicat
quēquā. sed iudiciū omne dedit filio ut omes
honorificent filiū sicut honorificant patrē
Qui non honorificat filiū non honorificat patrē qui
misit illum.
Am̄ am̄ dico uob. quia qui uerbū meū audit &
credit ei qui misit me habet uitā ēternā. Et
in iudiciū non uenit sed transit a morte in uitā.
Am̄ am̄ dico uob. quia uenit hora & nūc est quan
do mortui audient uocē filii dī & qui audierint
uiuent. Sicut enī pat habet uitā in semetipso sic

dedit filio uitā habere in semetipso. Et potestatē dedit ei iudicium facere quia filius hominis ē.
Nolite mirari quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis audient uocē eius & procedent qui bona fecerūt in resurrectionē uitē. Qui uero mala egerūt in resurrectionē iudicii. Non possum ego a me ipso facere quicquā. Sicut audio iudico & iudicium meum iustum est.

Quia non quero uoluntatē meā s. uoluntatē eius qui misit me.

Si ego testimonium phibeo de me. testimonium meum non est uerum. Alius est qui testimonium phibet de me. & scio quia uerum est testimonium quod phibet de me. Uos misistis ad iohannē & testimonium phibuit ueritati. Ego autē non ab homine testimonium accipio. Sed hec dico ut uos salui sitis. Ille erat lucerna ardens & lucens. Uos autē uoluistis exultare ad horā in luce eius. Ego autē habeo testimonium maius iohanne. Opera enim quē dedit mihi patēr ut perficiā ea. ipsa opera quē ego facio testimonium

phibent deme quia pat̄ me misit. Et qui misit
me pat̄. ipse testimoniū phibet deme.

Neq: uocē eī umquā audistis neq: speciē eius u
oistis.

Et uerbū eī n̄ habetis uuob manens q̄a quē misit
ille huic uos n̄ credtis. Scrutamini scripturas
quia uos putatis in ipsis uitā ēternā habere. Et ille
sunt que testimoniū phibent deme. Et n̄ uultis uen
re ad me ut uitā habeatis. Claritatē ab hominib
n̄ accipio. sed cognoui uos quia dilectionē dei n̄ ha
betis in uob. Ego ueni in nomine patris mei & n̄
accepistis me. Si alius uenerit in nomine suo illū
accipietis. Quomodo potestis uos credere qui
gtam ab inuicē accipitis. & gtam que a solo dō ē
n̄ quertis? Nolite putare quia ego accusaturus
sū uos apud patrē Est qui accusat uos moyses
in quo uos speratis. Si enī crederetis moysi cre
deretis forsitan & mihi. De me enī ille scripsit.
Si autē illius litteris n̄ credtis. quomodo uerbis
meis credetis.

POST HÆC ABIIT IHC

trans mare galileę qd ē tyberiadis. Et sequebat eū

multitudo magna quia uidebant signa quę facie

bat sup his qui infirmabantur r suis.

Subiit ergo in montē ihc & ibi sedebat cū discipulis

suis. Erat aū proximū pascha dies festus iudeorū.

Cū sublleuasset ergo oculos ihc & uidisset quia multi

tudo maxima uenit ad eū dicit ad philippū. Unde

ememus panes ut manducent hi. Hoc aū dicebat

tēptans eū. Ipse enī sciebat qd erat faciturus. Re

spondit ei philippus. Ducentorū denariorū panes nō

sufficiunt eis. ut unus quisq; modicū qd accipiat.

Dicit ei unus ex discipulis eius andreas frēr simonis pe

tri. Est puer unus hic qui habet .v. panes ordeaci

os & duos pisces. Sed hęc qd sunt tantos. Dixit er

go ihc. Facite homines discūbere. Erat aū fenū

multū in loco. Discubuerūt ergo uiri numero quasi

v. milia. Accepit ergo ihc panes. & cū gratias egisset

distribuit discūbentib. Similiter & ex piscib quan

tū uolebant. Vt autē impleti sunt dixit discipulis suis. Col

lignte quesuperauerũt fragmta nepertuit. Collegerũt
ergo & ĩpleuerũt xii cophinos fragmtoꝝ ex v panib' or
deaeus que sup fuerũt his qui manducauerant.

Illi ergo homines cũ uidissent qd fecerat signũ dice
bant. Qia hic ē uere ꝓpheta qui uenturus ē in mundũ.
Ihe ergo cũ cognouisset quia uenturi ēent ut rape
rent eũ & facerent eũ regem.

Fugit iterũ in montē ipse solus. Ut autẽ sero factũ ē
descenderũt discipuli eius ad mare. Et cũ ascendissent
nauē uenerũt trans mare in capharnaũ. Et tenebre
iã facte erant. & ñ uenerat ad eos ihe. Mare autẽ uen
to magno flante exsurgebat. Cũ remigassent ergo
quasi stadia xx quinq: aut xxx uident ihm ambu
lantē sup mare & proximũ naui fieri & timuerũt. Ille
autẽ dicit eis. Ego sũ nolite timere. Voluerũt ergo acci
pere eũ in nauē. & statim fuit nauis ad terrã quã ibat.

Altera autẽ die turba questabat transmare uidit quia
nauicula alia ñ erat ibi nisi una. Et quia ñ introiis
set cũ discipulis suis ihe in nauē sed soli discipuli
eius abissent. Alie autem sup uenerũt naues tiberiade.

Iuxta locū ubi manducauerunt panē grāsagen
tes dnō. Cū ergo uidisset tba quia ihe nō ēet ibi neq;
discipuli ei ascendēr in nauicula & uenerūt capharnaū
querentes ihm. Et cū inuenissent eū transmare
dixerūt ei. Rabbi quando huc uenisti? Respondit
eis ihe & dixit. Amēn amēn dico uob. Quaeritis me nō quia
uidistis signa sed quia manducastis expanib & satu
rati estis. Operamini nō cibū qui perit sed qui pmanet
in uitā aeternā. Quē filius hominis uob dabit
hunc enī patēr signauit ds. Dixerūt ergo ad eū. Quid
faciemus ut operemur opera dni? Respondit ihe
& dixit eis. Hoc ē opus dī ut credatis in eū quē misit ille.
Dixerūt ergo ei. Qd ergo tu facis signū ut uideamus
& credamus tibi qd operaris?
Patres nri manducauerunt manna in deserto. sicut
scriptū ē. Panem de celo dedit eis manducare.
Dixit ergo eis ihe. Amēn amēn dico uob. nō moyses dedit
uob panē de celo. sed pater mē dat uob panē de celo
uerū. Panis enī dī ē qui descendit de caelo & dat
uitā mundo. Dixerūt ergo ad eū. Dne. semp dano

his panē hunc

Dixit aut eis ihc. Ego sum panis uite. Qui uenit ad me non esuriet. & qui credit in me non sitiet umquam. Sed dixi uobis quia & uidistis me & non credidistis.

Omne quod dat mihi pater ad me uenet. & eum qui uenit ad me non eiciam foras.

Quia descendi de celo non ut faciam uoluntatem meam sed uoluntatem eius qui misit me.

Hec est autem uoluntas eius qui misit me patris. ut omne quod dedit mihi non pdam ex eo. sed resuscitem illud in nouissimo die. Hec est enim uoluntas patris mei qui misit me ut omnis qui uidet filium & credit in eum habeat uitam eternam. Et resuscitabo ego eum in nouissimo die.

Murmurabant ergo iudei de illo quia dixisset. Ego sum panis uiuus qui de celo descendi. Et dicebant. Nonne hic est filius ioseph cuius nos nouimus patrem & matrem. Quomodo ergo dicit hic quia de celo descendi.

Respondit ergo ihc & dixit eis. Nolite murmurare in inuicem. Nemo potest uenire ad me. nisi pater qui mi

sit me traxerit eū. Et ego resuscitabo eū in nouis
simo die. Est scriptū in pphetis. erūt omes docibiles dei.
Omis q̄ audiuit a patre & didicit uenit ad me.
Non quia patrē uidit quisquā nisi is q̄ē ad ō hic
uidit patrē.
Amē amē dico uob. q̄ credit in me habet uitā ēnā.
Ego sū panis uitē
Patres uri manducauerūt manna in deserto & mor
tui sūt. Hic ē panis de celo descendens. ut si quis ex
ipso manducauerit ñ moriatur.
Ego sū panis uiuus q̄ de celo descendi. Si quis ex hoc
manducauerit. uiuet in ēternū. Et panis quē ego
dabo caro mea ē p mundi uita.
Litigabant ergo iudei ad invicē dicentes. Quo
modo potē hic nob carnē suā dare ad mandu
candū? Dixit ergo eis ihc. Amē amē dico uob. nisi
manducaueritis carnē filii hominis & bibe
ritis ei sanguinē. ñ habebitis uitā in uob. Qui
manducat meā carnē & bibit meū sanguinē
habet uitā ēnā & ego resuscitabo eū in nouis

ſumo die.

Caro enim mea uere est cibus & ſanguis meus uere est potus.

Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem in me
manet & ego in illo. Sicut miſit me pater uiuens & ego
uiuo propter patrem. Et qui manducat me & ipſe uiuet
propter me. Hic est panis uiuus qui de celo deſcendit. Non
ſicut manducauerunt patres uſri manna. & mortui ſunt. Qui
manducat hunc panem uiuet in eternum. Hec dixit in
ſynagoga docens in capharnaum. Multi ergo audien
tes ex diſcipulis eius dixerunt. Durus est hic ſermo quis po
test eum audire? Sciens autem ihc apud ſemetipſum. quia mur
murarent de hoc diſcipuli eius. Dixit eis. Hoc uos
ſcandalizat?

Si ergo uideritis filium hominis aſcendentem ubi fuit erat
primum? Spiritus est qui uiuificat. caro non prodest quicquam.
Verba que ego locutus ſum uobis ſpiritus & uita ſunt. Sed ſunt quidam
ex uobis qui non credunt.

Sciebat enim ab initio ihc quiſnam essent non credentes. & quis
traditurus esset eum.

Et dicebat. Propterea dixi uobis. quia nemo potest

uenire ad me. nisi fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc
multi discipulorum eius abierunt retro. & iam non cum illo
ambulabant. Dixit ergo ihesus ad xii. Numquid & uos uultis abire?
respondit ergo ei symon petrus. Domine. ad quem ibimus?
Verba uitę aeternę habes & nos credidimus & cog
nouimus quia tues xpe filius di.
respondit eis ihesus. Nonne ego uos xii elegi? & ex uobis
unus diabolus est. Dicebat autem iudam simonis scariothen
hic erat eum traditurus cum esset ex xii.

POST HOC AMBULABAT
ihesus in galileam non enim uolebat in iudeam ambulare. quia
querebant eum iudei interficere. Erat autem in proximo
dies festus iudeorum scenopheg ia. Dixerunt ergo ad eum
fratres eius. Transi hinc & uade in iudeam. ut & discipuli
tui uideant opera quę tua facis. Nemo quippe in
occulto qd fac. & querit ipse in palam esse. Si hęc
facis manifesta te ipsum mundo. Neq: enim fratres eius cre
debant in eum. Dicit ergo eis ihesus. Tempus meum nondum
adest. tempus autem uestrum semper est paratum. Non potest
mundus odisse uos. me autem odit. Quia ego testi

monui phibeo de illo qua opera ei malas. Vos ascen
dite ad diem festum hunc. ego autem non ascendam ad diem fes
tum istum. quia tempus meum nondum impletum est. Hec cum dix
isset ipse mansit in galilea. Vt autem ascenderunt fratres ei
us & ipse ascendit ad diem festum non manifeste sed qua
si in occulto. Iudei ergo querebant eum in die festo
& dicebant. Vbi est ille. & murmur multus de eo
erat in turba. Quia enim quidam dicebant quia bonus
est. alii autem dicebant non sed seducit turbas. Nemo tamen pa
lam loquebatur de illo propter metum iudeorum. Iam autem die fes
to mediante. ascendit ihesus in templum & docebat. Et
mirabantur iudei dicentes. Quomodo hic litteras
scit cum non didicerit. Respondit eis ihesus & dixit. Mea
doctrina non est mea sed eius qui misit me. Si quis voluerit
voluntatem eius facere. cognoscet de doctrina utrum
ex deo sit. an ego a me ipso loquar. Qui a semetipso
loquitur gloriam propriam quaerit. Qui autem quaerit gloriam eius
qui misit illum. hic verax est. & iniustitia in illo non est.
Nonne moyses dedit vobis legem. & nemo ex vobis fac
legem. Quid me quaeritis interficere. Respondit tur

ba & dic. Dæmonium habes quis te quærit interficere.
Respondit ihc & dic eis. Unum opus fecit
omnes miramini. Propterea moyses dedit uob cir
cumcisionem. non quia ex moyse est sed ex patribus & in sab
bato circumcidistis hominem. Si circumcisionem acci
pit homo in sabbato. ut non soluatur lex moysi mihi
indignamini quia totum hominem sanum feci in sa
bato. Nolite iudicare secdm faciem sed iustum iudi
cium iudicate. Dicebant ergo quidam ex hierosolo
mis. Nonne hic est quem quærunt interficere. ecce
palam loqtur. & nihil ei dicunt. numqd uere cogno
uerunt principes quia hic est xpc. Sed hunc scimus
unde sit. Xpc autem cum uenerit. nemo scit unde sit.
Clamabat ergo ihc in templo docens & dicens. Et me
scitis & unde sim scitis. & a me ipso non ueni. sed est ue
rus qui misit me quem uos nescitis. Ego scio eum
qia ab ipso sum & ipse me misit. Et si dixero quia
nescio eum. ero similis uob mendax.
Querebant ergo eum adprehendere. & nemo misit
in illum manus quia nondum uenerat hora eius

De turba autem multi crediderunt in eum. & dicebant.
Xpc cum uenerit. numquid plura signa faciet quam
quae hic facit. Audierunt pharisei tbam murmu
rantem de illo haec.
Et miserunt principes & pharisei ministros ut ap
prehenderent eum.
Dixit ergo eis ihc. Adhuc modicum tempus uobcum
sum. & uado ad eum qui misit me.
Quaeretis me & non inuenietis. Et ubi sum ego uos non
potestis uenire. Dixerunt ergo iudei ad semet
ipsos. Quo hic iturus est quia non inueniemus eum.
Numquid in dispsionem gentium iturus est & doctu
rus gentes. quis est hic sermo quem dixit. queri
tis me & non inuenietis. Et ubi sum ego. uos non po
testis uenire. In nouissimo autem die magno
festuitatis. stabat ihc & clamabat dicens. Si
quis sitit ueniat & bibat. Qui credit in me
sicut dicit scriptura. flumina de uentre eius
fluent aquae uiuae. hoc autem dixit de spu quem
accepturi erant credentes in eum. Nondum

35/56

eni erat sēs datus · quia ihc ñ dū fuerat clarificatus.

Ex illa ergo turba cū audissent hos sermones ei di
cebant · Hic ē uere pphēta · Alii dicebant hic ē xpc.
Quidā aū dicebant · Nūqd a galilea xpc uenit? non
ne scriptura dic? quia ex semine dauid & de
bethlem castello ubi erat dauid uenit xpc.

Dissensio itaq; facta ē in turba ppter eū.

Quidā aū ex ipsis uolebant apphendere eū s; ne
mo misit sup illū manus.

Uenerūt ergo ministri ad pontifices & pharisaeos.
& dixerūt eis illi · Quare ñ adduxistis eū? Respon
derūt ministri · Nūquā sic locutus ē homo sic hic
homo · Responderūt ergo eis pharisei · Nūqd & uos
seducti estis? Nūqd aliquis ex pharisaeis aut ex
principibus credidit in eū? s; tba hec que ñ no
uit legē maledicti s. Dic nichodemus ad eos · ille
qui uenit ad eū nocte · qui unus erat ex ipsis ·
Nūqd lex nra iudicat hominē nisi audierit ab
ipso prius & cognouerit qd faciat? Responderūt
& dixerūt ei · Nūqd & tu galileus es? Scrutare

scripturas & inde quia ppha a galilea nō surgit.
Et reūsis unus quisq; in domū suā. Ihc aū pr̄exit
in montē oliuet. & diluculo rerū uenit in tēplū
& omis ppls uenit ad eū. Et sedens docebat eos.
Adducunt aū scribe & pharisei mulierē in adul
terio deprehensā & statuer eā in medio & dicer ei.
Magister: hēc mulier modo deprehensa ē in ad
ulterio. In lege aū moyses mandauit nob huīmo
di lapidare. Tu ergo qd dicis. Hēc aū dicebant
tēptantes eū ut possent accusare eū. Ihc aū in
clinans se deorsū digito scribebat in terra. Cū
aū pseuerarent interrogantes eū erex se & dixit
ad eos. Qui sine peccato ē urū primus in illā
lapidē mittat. Et iterū se inclinans scribebat
in terra. Audientes aū unus post unū exibant
incipientes a seniorib. Et remansit solus. & mu
lier in medio stans. Erigens aū se ihc dixit ei.
Mulier ubi sūt qui te accusabant. nemo te ē depna
uit. Quē dixit. Nemo dne. Dixit aū ei ihc. Nec ego
te ē depnabo. Vade & amplius iā noli peccare.

Iterū ergo locutus ē eis ihc dicēs. Ego sū lux
mundi. Qui sequitur me ñ ambulabit in tenebris.
s: habebit lucē uitæ. Dixerūt ergo pharisei. Tu de
te ipso testimoniū phibes. testimoniū tuū ñ ē
uerū. Respondit ihc & dixit eis. Etsi ego testimo
nium phibeo de me ipso. uerū ē testimoniū meū.
Quia scio unde uenio & quo uado. Uos autē nescitis
unde uenio aut quo uado. Uos secdm carnē
iudicatis. ego ñ iudico quēquā. Etsi iudico ego
iudiciū meū uerū ē. quia solus ñ sū. s: ego &
qui misit me. pat. Etin lege ura scriptū ē. quia
duorū hominū testimoniū uerū ē. Ego sū
q testimoniū phibeo. & testimoniū phibet de me
qui misit me pater. Dicebant ergo ei. Ubi ē pa
ter tuus.

Respondit ihc. Neq: me scitis neq: patrē meū. Si
me scuretis. forsitan & patrē meū scuretis.

Hæc uerba locutus ē ihc in gazophilacio docens in
tēplo. Et nemo apphendit eū quia nondū uene
rat hora eius.

DIXIT ERGO ITERUM

eis ihc. Ego uado & quaeretis me. & in peccato uro
moriemini. Quo ego uado uos ñ poteritis uenire.
Dicebant ergo iudei. Nūqd interficiet semetipsū
quia dicit quo ego uado uos ñ poteritis uenire. Et
dicebat eis. Uos de deorsū estis ego de sursū.
Uos de mundo hoc estis. ego ñ sū de hoc mundo.
Dixi ergo uobis quia moriemini in peccatis uris.
Sicut ñ credideritis quia ego sū moriemini in
peccato uro. Dicebant ergo ei. Tu quis es. Dixit
eis ihc. Principiū. qui et loquor uobis. Multa ha
beo de uobis dicere & iudicare. Sed qui misit me
uerax est. Et ego quę audiui ab eo. hęc loquor in
mundo. Et ñ cognouerūt quia patrem eis dicebat.
Dixit ergo eis ihc. Cū exaltaueritis filiū hominis
tunc cognoscetis quia ego sū. Et a me ipso facio ni
hil. Sed sicut docuit me pater hęc loquor. Et qui me
misit mecū est. ñ reliqd me solū. Quia quę placi
ta sunt ei ego facio semp. Hęc illo loquente multi
crediderūt in eū. Dicebat ergo ihc ad eos qui cre

dicer̄ ei iudeos. Si uos manseritis in sermone meo
uere discipuli mei eritis. & cognoscetis ueritatē
& ueritas liberauit uos. Respondēr̄ ei. Semen
abrahe sumus & nemini seruiuimus umquā.
Quomodo tu dicis liberi eritis. Respondit eis
ihc. Amē amē dico uob. quia omis qui fac̄ peccatū
seruus ē peccati. Seruus aut ñ manet in eternū
in domo. filius manet in eternū. Si ergo filius
uos liberauerit uere liberi eritis. Scio quia
filii abrahe estis. sed quaeritis me mtficere. Quia
sermo ms ñ capit in uob. Ego qd̄ uidi apud pa
tre loquor. & uos quę uidistis apud patrē urm
facitis. Respondēr̄ & dicer̄ ei. Pat̄ nr̄ abra
hā ē. Dic̄ eis ihc. Si filii abrahe estis. opera ha
brahe facite. Nc̄ aut quaeritis me mtficere ho
minē qui ueritatē uob locutus sū quā audiui
a deo. Hoc abrahā ñ fec̄. Uos facitis opera pa
tris uri. Dixer̄ ergo ei. Nos ex fornicatione
ñ sumus nti. unū patrē habemus dm. Dic̄
ergo eis ihc. Si ds pat̄ ur̄ ēet diligeretis utq.

me. Ego enim exdo processi & veni. Neq: enim a me ipso
veni sed ille me misit. Quare loquelam meam non cognos
cis quia non potestis audire sermonem meum. Vos
ex patre diabolo estis. & desideria patris vestri
vultis facere. Ille homicida erat ab initio. & in
veritate non stetit quia veritas non est in eo. Cum locutus
fuerit mendacium ex proprijs loquitur quia mendax est & pater eius. Ego
autem quia veritatem dico. non creditis mihi.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem
dico vobis. quare vos non creditis mihi? Qui ex
deo verba dei audit. Propterea vos non auditis quia
ex deo non estis. Responderunt igitur iudei & dixerunt
ei. Nonne benedicimus nos quia samaritanus
es tu & dyemonium habes? Respondit ihesus. Ego
dyemonium non habeo. sed honorifico patrem meum & vos
inhonorastis me. Ego autem non quero gloriam meam
est qui querat & iudicet. Amen amen dico vobis. si
quis sermonem meum seruauerit. mortem non vide
bit in eternum. Dixerunt ergo iudei. Nunc cogno
uimus. quia dyemonium habes. Abraham mor-

tuus ē & ꝓphe. & tu dicis. Si quis sermonē meū serua
uerit. n̄ gustab̄ mortē in ęt̄nū. Nūqd tu maior es pa
tre nr̄o abrahā & ꝓphetę mortui s̄. Quē te ipsū
facis. Respondit ih̄c. Si ego glorifico me ipsū.
gl̄a mea nihil ē. Est pat̄ ms̄ qui glorificat me.
quē uos dicitis quia ds̄ nr̄ ē. & n̄ cognouistis eū.
Ego aū noui eū. Et si dixero quia n̄ scio eū ero si
milis uob̄ m̄dax. Sed scio eū & sermonē ei seruo.
Abrahā pat̄ ur̄ exultaū ut uideret diē meū &
uidit & gauisus ē. Dixer̄ ergo iudei ad eū. Quin
quaginta annos n̄dū habes. & abrahā uidisti.
Dix̄ eis ih̄c. Am̄ am̄ dico uob̄ ante quā abrahā
fieret ego sū. Tuler̄ ergo lapides. ut iacerent
in eū. Ih̄c aū abscondit se & exiuit de t̄plo. Et
p̄teriens ih̄c uidit hominē ęcū a natiuitate sua.
Et int̄rogauer̄ eū discipuli sui. Rabbi quis pecca
uit hic aut parentes ei ut ęcus nasceret. Re
spondit ih̄c. Neq: hic peccauit neq: parentes ei
s: ut manifestent̄ opera dī in illo. Me oportet
operari opera ei q̄ misit me. donec dies ē. Uenit

nox quando nemo potest operari. Quam diu in mun
do sum lux sum mundi. Hæc cum dixisset. expuit in
terram & fecit lutum exputo & linuit oculos eius & dixit ei.
Vade & lauare in natatoria siloe. quod interpretatur missus.
Abiit ergo & lauit. & uenit uidens. Itaq: uicini
& qui uidebant eum quia mendicus erat dicebant. Non
ne hic est qui sedebat & mendicabat. Alii dicebant quia
hic est. alii dicebant nam similis ei est. Ille autem dicebat
quia ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sunt
tibi oculi. Respondit. Ille homo qui dicitur ihe lutum
fecit & unxit oculos meos & dixit mihi. Uade ad na
tatoriam siloe & laua. Et abiui & laui. & uidi. Et
dixerunt ei. Ubi est ille. Ait. Nescio. Adducunt eum
ad phariseos. qui cecus fuerat. Erat autem sabbatum
quando lutum fecit ihe & aperuit oculos eius. Iterum
ergo interrogabant eum pharisei. quomodo uidis
set. Ille autem dixit eis. Lutum posuit mihi sup oculos
& laui & uideo. Dicebant ergo exphariseis quidam.
Non est hic homo a deo qui sabbatum non custodit. Alii
dicebant. Quomodo potest homo peccator hec

signa facere? Et scisma erat inter eos. Dicunt ergo
ceco iterum. Tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos?
Ille autem dixit. Quia propheta est. Non crediderunt ergo
iudei de illo quia cecus fuisset & uidisset. donec
uocauerunt parentes eius qui uiderat. Et interrogauerunt
eos dicentes. Hic est filius uester quem uos dicitis quia
cecus natus est. quomodo ergo nunc uidet? Respon
derunt eis parentes eius & dixerunt. Scimus quia est filius
noster. & quia cecus natus est. Quomodo autem nunc uide
at nescimus? Aut quis aperuit oculos eius nesci
mus? Ipsum interrogate aetatem habet de se ipso lo
quatur. Haec dixerunt parentes eius. quia timebant iu
deos. Iam enim conspirauerant iudei. ut si quis xpm
confiteretur extra synagogam fieret. Propterea pa
rentes eius dixerunt. quia etatem habet ipsum interro
gate. Uocauerunt ergo rursum hominem qui fuerat
cecus & dixerunt ei. Da gloriam deo. Nos scimus quia
hic homo peccator est. Dixit ergo ille. Si pecca
